



1198:
cuius
anta, qu
dis e mi
Hic
excellen
p
significat
na pri me
a p
non di
a b

LIBRARIUS

p. 138. 1. Chrysostr. exaltata ē
sciētia tua super me, validior
facta, qm̄ ut meā ratiōe p̄t sp̄endi,
adeo ē mirabilis, adeo magna.
2. Hieron. mirabilior ē sciētia me,
excellēior ē tō p̄ter ad eā asp̄andē
p̄tingere, - sciētia ex me. hebr
significat pr̄a me, mirabilis sciētia
tua pr̄a me, h. e. major, qm̄ ut
eā assequi p̄m.

p. 20. non divisa in 4. p̄tes; incipiendo
ā 6^{ta} horā vesp̄.



94/60 R

N. 1020.

Merl. 108.

10

EXP

PSA

ROBERT

the library

SO

S. R. E. T.

PRESBY

COM

D. D. SO

STR

EJUSDEM S

Robert

COMPLECTENS

XXXXXXXXXXXX

DUS

TYPIS CAROLI

AULÆ TY

EXPLANATIO
IN
PSALMOS

AUTHORE
ROBERTO BELLARMINO

ex libris

EX

D. Cardier

SOCIETATE JESU,
S. R. E. TIT. S. MARIAE IN VIA,
PRESBYTERO CARDINALI

IN
COMPENDIUM REDACTA.

ET
D. D. SODALIBUS MARIANIS


IN
STRENAM OBLATA.

AB ALIO
EJUSDEM SOCIETATIS SACERDOTE.

Platen

PARS VI.

COMPLECTENS PSALMOS à 126. ad 150.



DUSSELDORPII,
TYPIS CAROLI PHILIPPI LUDOVICI STAHL
AULÆ TYPOGRAPHI. 1765.



EXPLANATIO
PSALMOS
D. G. V. 348
2 fe
LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF
D. D. SODALITÄT MANNHEIM
STREIFEN OBERA
AS ALD
BIBLIOTHEK MANNHEIM
PARS VI
DUSSELDORF
ALLE TITELN

PSA
Titulus,
gradus
Psalmus
blum tamen
rum S. S.
quid nempe
hortatio, si
breorum po
lonicâ, dum
no Dei, &
et à vicinis
cucabatur,
titulus, qui
prior adifica
tatem Jeru
bonis repleci
ducitur, q
fuit quasi a
re debeat in
dâ, custodien
Ariore
cicus, Clori
ta dipholum
pacem dignat
ulle lacrum

PSALMUS CXXVI.

Titulus, & argumentum: *Canticum graduum Salomonis.*

Psalmus etsi obscurissimus sit; probabilior tamen videtur esse expositio græcorum S. S. Chryf. Theodoret. Euthym., quod nempe pertineat hæc prophetica exhortatio, sive admonitio ad populum Hebræorum post reditum è captivitate Babilonicâ, dum laborabant in ædificandâ domo Dei, & restaurandâ urbe Jerusalem, & à vicinis gentibus toto ferè illo tempore vexabatur, & impediabatur. Congruit titulus, qui Salomoni tribuitur: nam ipse prior ædificavit domum Domini, & civitatem Jerusalem amplificavit, & multis bonis replevit. Ipse igitur commodè introducitur, qui admoneat Zorobabelem, qui fuit quasi alter Salomon, quomodo se gere-re debeat in domo, & civitate reædificandâ, custodiendâ, & amplificandâ.

Altiore sensu verus Salomon, h. e. pacificus, Christus, qui est pax nostra, juxta Apostolum, admonet eos, qui ad veram pacem aspirant, & aspirando ascendunt de valle lacrimarum ad visionem pacis, Jeru-

Jerusalem Caelestem, quomodo debeant aedificare, & custodire domum, sive civitatem Ecclesiae: tum etiam unusquisque sibi per bona opera domum aedificare in Caelo, eamque custodire, ut ad eam suo tempore feliciter inhabitandam, perpetuoque possidendam ascendat.

Ps. 1. Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui aedificant eam.

Haec dicuntur Judaeis aedificantibus templum, dum infeliciter opus procedebat, impediens vicinis gentibus, 1. Esdr., monenturque, ut non solum manibus operentur, sed etiam corde, & ore Deum invocent, & in ejus adjutorio praecipue fidant. Idem dictum sit animarum Curatoribus, & cuivis pro salute sua aeterna laboranti.

Ps. 2. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.

Urbs Jerusalem non tantum reaedificanda, sed simul custodienda, erat, 2. Esdr.: nam gentes vicinae non solum impedire conabantur aedificationem, sed & demoliri, quod erat aedificatum: & ideo filii Israel una manu gladium tenebant, altera

altera faciebant dispositi ad cubant excubiis suis nisi civitatem cu

v. 3. Vagere: surgite curatis pane

Alloqui mia sollicitationis aggrante lucem nisi scilicet vel custodia res in Dom res, post notam surgite: opprellione continuam

Vos Praepo Vanum vobis rum tempus vel custodia particularis: sedentis vacat & orationis, Caelestis illud

alterâ faciebant opus; & multi eorum dispositi ad custodiendum, perpetuas agebant excubias. Sed nihilominus tot vigiliis suis nihil profecissent, nisi Dominus civitatem custodire voluisset.

V. 3. Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Alloquitur filios Israel, qui præ nimiam sollicitudine ante lucem opus ædificationis aggrediebantur. *Vanum est vobis ante lucem surgere* ad opus ædificationis, nisi scilicet Dominus *ædificaverit domum, vel custodierit civitatem*, & ideo confidentes in Domino, & illum assiduè invocantes, post nocturnam, ac necessariam quietem *surgite* ad opus, qui in angustiâ, & oppressione jam vivitis ob infestationem continuam inimicorum. Sensu altiori: Vos Præpositi Ecclesiæ, & singuli fideles, *Vanum vobis est ante lucem surgere* & totum tempus consumere in ædificatione, vel custodiâ domûs aut communis, aut particularis: *Surgite* ad opus, *postquam sederitis* vacantes quieti contemplationis, & orationis, qui præ desiderio patriæ Cælestis assiduè gemitis: *Fuerunt mihi la-*

crimæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus?

v. 4. Cùm dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini, filii; merces, fructus ventris.

Post admonitionem addit consolationem, prædicens, fore, ut post præsentibus tribulationibus det Dominus pacem, & quietem populo suo, & tunc filios Israel manifestè futuros Dei hæreditatem, & potentissimos, atque fortissimos, ut nullos deinceps hostes passuri sint. Altiori sensu: cùm post varios labores, & certamina dederit Deus omnibus dilectis suis, tam Præpositis Ecclesiæ ædificatoribus, quàm privatis fidelibus domum sibi per bona opera ædificantibus, somnum bonæ mortis, tunc apparebit in die iudicii, quòd dilecti transibunt in æternam Dei possessionem, & hæreditatem: & iidem filii erunt merces Christi, qui est fructus ventris, quia salus electorum est Christi merces: ipse est enim, qui gratiam, & gloriam electis suis patiando, & moriendo promeruit.

v. 5. Sicut sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum.

Decla-

Declarat
qui sunt eju
dicit fore po
te in manu
mo impetu
pant. Loq
tentia servo
cernitur in
nam cùm
refaciunt,
dem, vel p
ficacia præ
tis, miracu
menta on
tientiâ, &
decertantes
quid sunt e
tentis? Sed
tor filii exc
minum e
Mundo, qu
ta; nempe
lorum. D
v. à v. 36.
Evangelium it
firmiter tenent
monibus ut

Declarat potentiam filiorum Christi, qui sunt ejus hæreditas, & merces, ac dicit fore potentissimos, quales sunt sagittæ in manu viri robustissimi, quæ maximo impetu jaciuntur, & omnia perrumpunt. Loquitur autem de spirituali potentiâ servorum Christi, quæ non minùs cernitur in actione, quàm in passione: nam cùm instar tonitruï, & fulguris terrefaciunt, & convertunt infideles ad fidem, vel peccatores ad pœnitentiam efficaciam prædicationis, splendore sanctitatis, miraculorum virtute; & quando tormenta omnium generum incredibili patientiâ, & fortitudine ad mortem usque decertantes pro fide, & pietate tolerant, quid sunt aliud, nisi *sagittæ in manu potentis*? Sed cur filii isti tam fortes dicuntur *filii excussorum*? Quia filii sunt hominum ejectorum, & expulsorum à Mundo, quasi quisquilliæ, & rejectamenta; nempe filii Prophetarum, & Apostolorum. De Prophetis lege *ad Hebr. C. 11. à v. 36.*; de Apostolis *1. Cor. 4. à v. 9.* Et tamen isti ita excussi, & rejecti, fortissimi fuerunt, & de Mundo, & de Dæmonibus mirabiliter triumpharunt. Ho-

rum filii sunt omnes electi, qui sicut sagittæ in manu potentis hostes vulnerârunt, & vicerunt.

ÿ. 6. *Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis; non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta.*

Concludit per Epiphonema acclamando ipsi Domino Christo. Verè felix est ille Christus, quia perduxit ad finem desiderium suum, quod erat videnti salutem, & gloriam filiorum suorum, pro quibus tam multa fecit, & pertulit: & ideo in ultimo iudicio, quod exercebitur in amplissimâ portâ, h. e. in conventu totius Mundi, *non confundetur, cum loquetur inimicis suis Dæmonibus, & hominibus iniquis, sed eos potiùs confundet, & convincet iniustitiæ in persequendo Ecclesiam.*

PSALMUS CXXVII.

Titulus: *Canticum graduum.*
Argumentum est *exhortatio ad pietatem propositâ ingenti mercede Virtutis.*

ÿ. 1. *Beati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus.*


Docet

Docet
modo se g
in captivita
bonis Jeru
net ad pere
ad eam red
no, nullo e
leati, h. s
Deum o
timore m
omnium t
Signum a
si in præ
ÿ. 2
manducab
Prima
bræis, &
divitiis, si
nis, que
rint. Ve
liari bonis
sunt man
laboris, &
verò de fru
mo bonor
ideo mo
tibi erit v

Docet redeuntes à captivitate, quomodo se gerere debeant, si nolint iterum in captivitatem reverti, sed semper frui bonis Jerusalem. Doctrina etiam pertinet ad peregrinantes à patriâ Cælesti, & ad eam redire festinantes. *Omnes omnino, nullo excepto, tunc solùm verè erunt beati*, h. e. fortunati, hilares, contenti, si Deum offendere formidaverint, & eo timore muniti, à Dei gratiâ, quæ fons est omnium bonorum, nunquam exciderint. Signum autem sancti hujus timoris est, si in præceptis ejus ambularint.

Ÿ. 2. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.

Primam felicitatem comunem Hebræis, & Christianis ponit, non in magnis divitiis, sed in eo, quòd fruantur iis bonis, quæ justo labore manuum acquisierint. Verùm cum contingat, justos spoliari bonis, esurire &c., sensus altior erit: nunc *manducabis laborem*, h. e. de gaudio laboris, & tribulationis reficieris; postea verò de fructu ipso laboris, h. e. de præmio bonorum operum saginaberis; & ideo nunc *beatus es in spe*, & postea *bene tibi erit in re.*



ŷ. 3. *Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.*

Altera felicitas timentis Deum est, quòd si fortè uxorem ducere voluerit, unam tantùm ducet, eámque non ad libidinem explendam, sed ad filiorum procreationem. Vide *Tob. C. 6. à ŷ. 18. & C. 8. ŷ. 9.* *Uxor tua*, non uxores, non concubinæ tuæ, *sicut vitis abundans*, h. e. multos pariens filios, ùt vitis fœcunda multos racemos, *in lateribus domus tuæ*, h. e. intus manens, ùt modesta, & pudica, & curam domus interioris habens, dum vir de his, quæ foris sunt, cogitat. Altiori sensu promittitur fœcunditas spiritalis: nam viri Sancti non solùm patres, sed etiam matres sunt eorum, quos ad fidem, vel pœnitentiam convertunt: patres sunt prædicando verbo, vel exemplo; & matres gemendo pro eis, & orando.

ŷ. 4. *Filii tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ.*

Tertia felicitas est educatio filiorum: viri enim timentes Deum, & ambulantes *in viis ejus* non tantùm filios multos, sed etiam bonos, & bene moratos habebunt, quos

quos ab inf
& ambulat
les erunt a
oleæ, qua
dulcissimu
erunt rubis
ris. Erunt
ut eos or
conviven
illis delet
conveniunt
quos cùm
proficere
cum Ap
corona m
Philipp. 4
ŷ. 5.
timet Don
ŷ. 6.
& videt
vite tuæ.
ŷ. 7.
rum, pœce
Quant
quod ita si
benevolent
Jerusalem

quos ab infantiâ docebunt timere Deum, & ambulare in viis ejus. *Filii tui similes erunt arbusculis optimis, quales sunt oleæ, quæ semper virent, & fructum dulcissimum faciunt; non autem similes erunt rubis, aut spinis, aut sterilibus plantis. Erunt autem in circuitu mensæ tuæ, ut eos omnes simul videns, & cum eis convivens, & convescens, majorem ex illis delectationem capias. Quæ omnia conveniunt etiam in filios spirituales, quos cum pater Verbo Dei pascit, & proficere videt, mirificè gaudet, & cum Apostolo dicit: *Gaudium meum, & corona mea, sic state in Domino charissimi, Philipp. 4.**

¶ 5. *Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.*

¶ 6. *Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.*

¶ 7. *Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel.*

Quanta felicitas timentis Deum est, quod ita sit à Deo, qui habitat in Sion, benedicendus, ut videat civitatem suam Jerusalem abundantem omnibus bonis,

toto

toto tempore vitæ suæ; & videat in eâ civitate filios filiorum similiter beatos, & felices, & denique pacem, quæ omnia bona conservat, & custodit, stabilem videat super populum Israel. Altiori sensu describitur major felicitas, nempe æterna: *Ecce, præter omnia, quæ dicta sunt, sic benedicetur homo, qui timet Dominum*, nimirum dicetur illi: *Benedicat tibi Dominus*, non solum de terrâ, temporalia bona tribuens, sed etiam ex monte sancto suo, ex altissimo habitaculo suo, tibi que præstet, ut Deum, in quo sunt omnia bona Jerusalem, videas in æternum. Accedet ad gaudium beatorum, quod non solum visuri sint filios, quos ipsi genuerunt per se Deo, sed & qui per filios spirituales, & per *filios filiorum*, usque ad consummationem sæculi, ad Deum adducti fuerint; de quibus omnibus, tanquam de propriis, & ad se pertinentibus gaudebunt. Demum accedet ad cumulum felicitatis, quod, inimicis omnibus in gehennam detrusis, videbunt pacem firmam, & stabilem, quæ securissimos reddet omnes habitatores Jerusalem usque in æternum.

PSAL-

T
gr
In P
beta nunc
ni, nunc
tam illa
festinand
in præca
Jerusalem
in quâ ex
v. i.
tute me
Com
latione p
libus ang
te, libert
verba Ju
pli, & u
bantur; i
unquam a
vel Heret
orum res
pote Dei,
tur, hie h
hil novi

PSALMUS CXXVIII.

Titulus, & Argumentum: *Canticum graduum.*

In Psalmis gradualibus vicissim Prophetæ nunc deplorat ærumnas peregrinationis, nunc bona patriæ Cælestis laudat, ut tam illæ, quàm ista ad ascendendum, & festinandum hortentur. Quoniam igitur in præcedenti Psalmo multa dixit de bonis Jerusalem; nunc redit ad mala Babylonis, in quâ exules sumus, & peregrini.

v. i. Sæpe expugnaverunt me à juventute meâ, dicat nunc Israel.

Consolatur se populus Dei in tribulatione positus, quod jam sit assuetus talibus angustiis, & semper, Deo adjuvante, liberatus fuerit. Conveniunt hæc verba Judæis, qui in reædificatione templi, & urbis à vicinis gentibus oppugnabantur; item Ecclesiæ Christi, quæ vix unquam ab oppugnatione Paganorum, vel Hæreticorum, vel falsorum Christianorum respirare potuit. Ait igitur: Populus Dei, qui *Israel* vocatur, non miretur, si ab hostibus oppugnatur, quia nihil novi patitur, sed revocet ad memoriam

riam

riam præteritas angustias, & *dicat*, sæpe expugnaverunt, h. e. oppugnaverunt *me inimici mei* jam inde à primâ meâ ætate : nam vix nata Ecclesia passa est in Abele persecutionem Caini, ac deinde plurima.

¶ 2. *Sæpe expugnaverunt me à juventute mea, etenim non potuerunt mihi.*

Dat rationem, cur populus Dei toties ab hostibus sit oppugnatus, nempe quia nunquam prævaluerunt. *Non potuerunt mihi nocere, vel prævalere.* Verissimum hoc esse Ecclesiastica historia testatur.

¶ 3. *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam.*

Idem repetit, sed metaphoricè. *Supra dorsum meum artem fabrilem exercuerunt, utentes dorso meo pro incude.* Porrò *prolongatio iniquitatis* est continuatio persecutionis.

¶ 4. *Dominus justus concidet cervices peccatorum : confundantur, & convertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion.*

Consolatur populum Dei spe propinquæ liberationis. Bono animo estote justi : nam persecutores vestri quidem
injustè

injustè do-
nunc pren-
gunt justè
sed concide-
dio suo, u-
cere possit
tur, qui at
vertentur
omnes il-
tur popu-
Deo Phari-
sar, Antio-
¶ 5.
priusquam
¶ 6.
suam, qui
pulos collig-
Alia et
nem not-
mam fe-
Hanc con-
dem cum
in testis e-
herba minu-
longe usui a-
tiz, res in
re, & pecti-

injustè dorsum, seu cervicem vestram nunc premunt; sed paulò post *Dominus justus justè cervices* ipsorum non premet, sed *concidet*, & in frustra comminuet gladio suo, ut nunquam amplius vobis nocere possint: & tunc demum confundentur, qui antea superbè exultabant, & convertentur retrorsum fugientes, cadentes omnes illi, qui oderunt, & persequentur populum Dei. Sic concisi sunt à Deo Pharao, Nabuchodonosor, Balthasar, Antiochus, Nero &c. &c.

¶ 5. *Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam evellatur, exaruit.*

¶ 6. *De quo non implebit manum suam, qui metit, & finem suum, qui manipulos colligit.*

Alia est imprecatio, pariter prædictionem notans: Significat enim brevissimam fore persecutorum felicitatem. Hanc comparat cum fœno, sed ne quidem cum campestri, sed cum eo, quod in tectis domorum nascitur, quæ est herba minutissima, & nullius pretii, nullique usui apta; quam idcirco nemo metit, nec in manipulos redigit, sed arescere, & perire permittit. In die judicii vide-

vide-

videbimus, viros quondam potentissimos, & ditissimos, qui se domos suas regnis, & imperiis stabilivisse crediderant, abjectos projici in locum totius Mundi infimum; & qui deliciis, & voluptatibus assueti, ne levissimum quidem incommodum ferre poterant, sempiternis cruciatibus addici finè ullà consolatione.

ŷ. 7. Et non dixerunt, qui præteribant, Benedictio Domini super vos: benediximus vobis in nomine Domini.

Quia dixerat, fœnum tectorum non solere meti, & colligi, addit, non futurum etiam, ut messoribus ejus à prætereuntibus benedicatur, quomodo benedici solet messoribus tritici, vel fœni campestris, quod pertinet ad majorem confusionem iniquorum, qui fœno nascenti in tectis comparati sunt. Dicit ergo: Non contigit vobis, nec contingit, ut, qui transeunt per vias, benedicant iis, qui vos metunt: nulli enim vos metent, sed qui tecta purgant, projicient vos in ignem, vel in cloacam. Porrò benedictio prætereuntium non ad messorum tantùm, sed ipsam etiam messem pertinet: precantur enim prætereuntes, ut copiosa, & matura

matura sit
dictionis re
bus non di
per vos; ne
in nomine D
Ite maledicti

Ps

Titulus
grad
Hic P
quia depla
etiam ex p
nem agen
fuerit que
quentissime
me in pur
quadrant:
dam profu
expectant
toris nostri
tinet, orat
nem ad popu
tuis futura
ŷ. 1. De
wise: Dicit

matura sit messis. Sic carentia benedictionis redundabit in ipsos impios, quibus non dicetur: *Benedictio Domini super vos*; nec dicetur: *Benediximus vobis in nomine Domini*; sed à Christo dicetur: *Ite maledicti in ignem æternum.*

PSALMUS CXXIX.

Titulus, & Argumentum: *Canticum graduum.*

Hic Psalmus est unus ex gradualibus, quia deplorat miseriam exilii; unus est etiam ex pœnitentialibus, quia docet rationem agendi veram pœnitentiam. Pro defunctis quoque recitari solet in Ecclesiâ frequentissimè, quia si dicatur in personâ animæ in purgatorio detentæ, omnia optimè quadrant: nam & animæ illæ sunt in quodam profundo, & ascendere cupiunt, & exspectant misericordiam Dei per Redemptoris nostri pretium. In summâ tria continet, orationem ad Deum, exhortationem ad populum, & prædictionem redemptionis futuræ.

V. I. De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

B

Ora-

Oraturus Deum, hoc, & sequenti
 ✠. petit audientiam. Incipit à similitu-
 dine hominis jacentis in imâ valle, vel
 in profundo puteo, qui ut audiatur ab
 iis, qui sunt in altissimo monte, mag-
 nâ voce clamare debet: quæ similitudo
 aptissima est; nam licet Deus sit ubique,
 tamen ratione dissimilitudinis peccator
 longissimè distat à Deo: Deus semper
 justus, & beatus, & in altis habitat;
 peccator semper malus, & miser, &
 similis Jonæ, qui cùm Deo nolisset
 obedire, dejectus fuit in profundum
 maris, imò in profundum ventrem ce-
 ti, unde tamen clamans exauditus est à
 Deo. Non ait David de *profundo*, sed
 de *profundis*, duobus scilicet: nam ve-
 rus pœnitens clamare debet ex profun-
 do miseriæ, velut ex valle lacrimarum,
 aut luto fæcis; & ex profundo cordis,
 seu intimâ cognitione propriæ miseriæ.

✠. 2. *Fiant aures tuæ intendentes in
 vocem deprecationis meæ.*

Non sufficit, ut quis magnâ voce
 clamet, sed, ut audiatur, requiritur,
 ut is, ad quem clamatur, attendat.
 Deus etsi omnia videat, audiat; si tamen

non

confect, qu
 nis, non e
 ibi David
 contentus t
 Deum, ut
 minare pre
 tur.

✠. 3. S
 mise. Do

Caprat

riem suam
 cum aliqu

tam. Do

servare v

quod cum

tem tuam.

condones,

in quod m

✠. 4. S

propter leg

Vera p
 rationem p
 licina non
 venia; ceter
 Divina; sin
 venia. & po
 & 3. c

non facit, quod petimus, quasi alia cogi-
rans, non attenderet ad vocem orantis: ideo David omnino audiri cupiens, non contentus magnâ voce clamasse, rogat Deum, ut dignetur attendere, h. e. admittere preces, & donare, quod petitur.

Ps. 3. Si iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit?

Captatâ audientiâ, exponit petitionem suam, non nimis audacter, sed cum aliquâ convenienti ratione involutam. *Domine si iniquitates hominum observare volueris, omnes condemnabis; quod cum non deceat infinitam bonitatem tuam, peto, ut peccata mea mihi condones, & de hoc profundo eruas, in quod me iniquitas sola demersit.*

Ps. 4. Quia apud te propitiatio est. & propter legem tuam sustinui te Domine.

Vera pœnitentia duo requirit, cognitionem propriæ miseræ, sinè quâ medicina non quæritur, nec agitur pœnitentia; dein cognitionem misericordiæ Divinæ, sinè quâ cognitione desperatur venia, & pœnitentia inutilis agitur. *Ps. 1. 2. & 3. ostendit se planè cognoscere*

propriam miseriam; jam ostendit se nosse etiam misericordiam Dei maximam. Ait ergo: Licet nemo subsistere possit, si observare velis iniquitates nostras: ego tamen quia novi te ex naturâ misericordem esse, & scio, apud te inveniri propitiationem; & quia tu legem posuisti tibi, ut cum impœnitentibus severissimè te geras, cum pœnitentibus misericorditer, & suaviter, ideo *propter hanc legem tuam sustinui te Domine*, sperans, & exspectans indulgentiam peccatorum.

Ps. 5. Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

Quod ego facio, omnis populus Dei faciat, nempe speret in Domino, cum in quocunque profundo fuerit: sive peccatis, sive peccatorum pœnis prematur; in Dei adjutorio confidat totâ die à primo manè usque ad noctem. Veteres dividebant noctem in quatuor partes, quarum quælibet continebat tres horas; & dicebantur custodiæ, seu vigiliæ, quia vigiles urbium, castrorum tribus horis vigilando custodiebant urbem, castra, ac tum tradebant alteri

offi-

fficium vi
 hâc legitur
 bon nonâ
 fira hora
 (ei) usque
 v. 7. Q
 us, & cop
 Dat ra
 in Deo co
 demptione
 tura erat p
 Porro red
 apud hori
 do vend
 poterat; r
 vira fatist
 cio fuit ce
 mimum a
 ad hæred
 v. 8. J
 lu iniquita
 Redemp
 tum planè
 tur populus
 exspectat, i
 tum, sed
 que rede

officium vigilandi, & custodiendi. *Custodia* igitur *matutina* est tempus à noctis horâ nonâ (prima noctis hora erat nostra hora sexta vespertina præcedentis diei) usque ad ortum Solis.

¶ 7. *Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.*

Dat rationem, cur oporteat semper in Deo confidere, & simul prædicat redemptionem generis humani, quæ futura erat per JESUM Christum D. N. Porro redemptio *apud Deum* erat, non apud hominem, qui quidem se peccando vendere, & à Deo, Diabolo subjici poterat; redimere tamen, & justitiæ divinæ satisfacere non poterat. Redemptio fuit *copiosa*, quia non tantum redimimur à captivitate, sed & evehimur ad hæreditatem Regni Cælestis.

¶ 8. *Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus ejus.*

Redemptio, quæ erat apud Deum, tum planè manifestabitur, cum redimetur populus Dei, non, ut Judæi carnales expectant, à potestate Regum temporalium, sed *ab omnibus iniquitatibus suis*. Quæ redemptio jam inchoata, perfe-

Etissimè complebitur in die iudicii, cùm liberabimur à peccatis, & à pœnis omnibus peccatorum, & à periculo deinceps peccandi.

PSALMUS CXXX.

Titulus, & argumentum: *Canticum graduum.*

David palàm enuntiat humilitatis suae virtutem, non ut se jactet, sed ut ostendat, se, licet robore, potestate, sapientiâ, & opibus omnibus hominibus sui temporis in Palæstinâ excelleret, tamen non in suis viribus fiduciam unquam posuisse, & ideo debere omnes alios, ad ipsius exemplum, in solo Deo sperare, ut ait v. 5. Psalmus est ex gradualibus unus, quia docet, in quo humilitas vera consistat, & nulla est via securior ad ascendendum humilitate, dicente Domino: omnis, qui se humiliat, exaltabitur.

v. 1. Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.

Securus Propheta, quòd vera dicturus esset, Deum ipsam alloquitur, quem nemo fallere potest. Dicit autem co-

ram

ram Deo,
 fuisse ob
 sine signa
 ur. Mul
 trisecus
 & superci
 proximos
 erat humi
 lis præfe
 v. 2.
 que in mi
 Dixit
 rum; nu
 & oper
 facere, v
 jora, & s
 imò aliqu
 perant vi
 cendunt
 factis: L
 tus ait, at
 v. 3.
 exaltat an
 v. 4. S
 Jan. ito ret
 Non ce
 qui corda

ram Deo, se vitio superbiæ nunquam fuisse obnoxium, sive cor internum, sive signa oculorum externa considerentur. Multi superbi in corde suo, extrinsecus humilitatem simulant. Multi & supercilio elato, & corde tumido proximos suos contemnunt. David uti erat humilis corde, sic humilitatem oculis præferebat.

Ps. 2. Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.

Dixit de superbiâ cordis, & oculorum; nunc addit de superbiâ verborum, & operum. Aliqui jactant, se posse facere, vel fecisse, vel esse facturos majora, & mirabilia, quàm revera possint; imò aliqui præsumunt aggredi, quæ superant vires; primi ambulant, sive ascendunt super se verbis, secundi etiam factis: David in verâ humilitate fundatus ait, ab utroque se abstinuisse.

Ps. 3. Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam.

Ps. 4. Sicut ab lactatus est super matrem suam: ita retributio in anima mea.

Non contentus Propheta, ipsi Deo, qui corda scrutatur, dixisse, se ab omni

superbiâ semper abhorruisse, idipsum confirmat juramento execratorio, ut tantò major fides ipsius verbis ab omnibus habeatur. Dicit igitur: *Si non humiliter sentiebam de me ipso, sed exaltavi animam meam; sicut infans recens ablactatus manet in sinu, vel super genua matris suæ, mœstus, & plorans, quia privatus est dulcedine lactis, quæ pro illo tempore summæ deliciæ ipsius erant: sic anima mea priveretur dulcedine consolationis Divinæ, quæ meæ potissimæ, ac solæ deliciæ sunt.* Quantum sit hoc supplicium, quod sibi Propheta sanctissimus imprecatur, soli intelligunt, qui eodem spiritu repleti gustaverunt, quàm dulcis sit Deus.

Ps. 5. Speret Israel in Domino, ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Ex hâc Psalmi conclusione intelligi potest, quò tendat illa humilitatis prædicatio: non enim vir verè humilis propositum habuit se laudandi, sed hortandi populum suum ad spem omnem in solo Deo collocandam. *Speret Israel &c.* Si ego Rex, & Propheta, non me efferre audeo propter potentiam, & sapi-

entiam,

entiam, n
sed omne
eam habe
meus Israe
non se exi
sit: neque
speret in D
aut cras,

P.

Titulus
I grad

Psalmi

cum, ad

mini in lo

compositum

convenienda

lomon ceci

Paralip,

ac præcipua

ad literam p

Dicitur adisti

venit ad D

in uno Dicit

Domini, &

gones contra D

entiam, neque de me ipse præsumo, sed omnem spem meam in Deo collocatam habeo; certè par est, ut populus meus Israel, qui etiam populus Dei est, non se existimet aliquid esse, cùm nihil sit; neque in viribus suis confidat, sed speret in Domino, & non hodie solùm, aut cras, sed omni tempore speret.

PSALMUS CXXXI.


Titulus, & argumentum: *Canticum graduum.*

Psalmmum hunc vel Salomon composuit, cùm, edificato templo, intulit Arcam Domini in locum ei præparatum; vel certè compositum à Davide, sibi que datum ad concinendum post templi ædificationem Salomon cecinit: id patet ex fine C. 6. L. 2. Paralip., tum ex totâ serie hujus Psalmi, ac præcipuè ex v. 10. Continet Psalmus ad literam primò ardentissimum desiderium Davidis ædificandi templum; Secundò petitionem ad Deum, ut stabiliatur Regnum, in domo David, ut sanctificentur ministri Domini, & alia id genus, juxta promissiones antea Davidi à Deo factas.

B 5

ratur

idipsum
orio, ut
s ab om-
Si non
sed exal-
s recens
per ge-
plorans,
is, quæ
æ ipsius
lecedine
potiffi-
quantum
propheta
lligunt,
erunt,
ex hoc
ntelligi
præ-
is pro-
ortan-
nem in
uel &c.
e effe-
& sapi-
am,



ratur hic Psalmus inter graduales . tum quia cani debebat à populo redeunte à captivitate , ut excitaretur ad imitandum desiderium Davidis , & diligentiam Salomonis in templo reedificando ; tum ut admoneatur spiritualis peregrinus , quanto fervore flagrare debeat , in edificando spirituali templo tum in corde suo , tum in Cœlesti Jerusalem.

Ÿ. 1. Memento Domine David , & omnis mansuetudinis ejus.

Orat Salomon per merita patris sui. Vult Deus sæpe orari per merita hominum justorum , & sic multa concedere , quæ alioqui minimè concessisset. Mement Salomon solius mansuetudinis , tum quia hæc virtus in Davide potissimum eluxit , tum quia singulariter Deo placet , & facit hominem similem Deo. Illud , memento , non arguit oblivionem in Deo ; sed significat Deum , si non miseretur filiorum viri justi , ita se gerere , quasi oblitus esset , quid apud se vir ille justus meruerit.

Ÿ. 2. Sicut juravit Domino , votum vovit Deo Jacob.

Ÿ. 3. Si

Ÿ. 3.
 mu mee.
 Ÿ. 4.
 & palpebr
 Ÿ. 5.
 ut inven
 lum Deo
 Expe
 vid , q
 corde,
 beret d
 non ha
 felicet.
 Votum
 L. 2. R
 ducitur
 non int
 liviscar
 dero &c
 lectum
 loco ter
 quiescat
 miturur
 vigilem
 com. E
 poluor
 ut que

§. 3. *Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei.*

§. 4. *Si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem.*

§. 5. *Et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.*

Exponit effectum mansuetudinis David, qui cum mitis erat, & humilis corde, indignum putabat, ut ipse haberet domum, & lectum, & Arca Dei non haberet sedem stabilem, templum scilicet, in quo honorificè permaneret. Votum, cujus hie fit mentio, colligitur L. 2. Reg. C. 7. Porrò à §. 3. David inducitur loquens, & sensus est: juro, me non intraturum domum meam, ita ut obliviscar domus Dei ædificandæ: *Si ascendero* &c. h. e. juro, me non ascensurum *in lectum strati mei*, ita ut non cogitem de loco templi, ubi propriè Arca Domini requiescat: *Si dederò* &c., juro, me non dormiturum, nec dormitaturum, ita ut non vigilem circa templum Domini erigendum. *Et requiem* &c. juro, me non composurum caput ad quiescendum, ita ut quiescam à sollicitudine Domus Do-

mini

mini præparandæ. Quod juramentum, seu votum David fidelissimè implevit. *Vide* 1. Paralip. C. 29. à v. 2.

v. 6. *Ecce audivimus eam in Epbrata, invenimus eam in campis Silvæ.*

Adfert rationem, cur David optaverit templum Domino ædificare, quia Arca Domini sedem propriam, ac stabilem non habebat. Porrò cùm ea, quæ hìc referuntur, ante Davidem natum contigerunt, David, vel Salomon hìc non loquuntur in suâ personâ, sed in personâ populi. *Ecce audivimus* à majoribus nostris, Arcam aliquando fuisse in Silo, in terrâ Ephraim; & rursus postea *invenimus*, & vidimus eam *in campis silvæ*; non enim deerant senes, qui ejus rei meminisse poterant. *Vide* 1. Reg. C. 4. § 6.

v. 7. *Introibimus in tabernaculum ejus, adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.*

Exposito voto, & desiderio patris sui Davidis, reducturus Salomon Arcam in templum à se ædificatum, ait: *Introibimus* &c. hætenus Dominus quasi hospes fuit in variis locis; sed nunc ha-

bebit

bebit stab
 vidimus
 cum in
 veri ad
 bellum,
 ew. Sar
 bernaculi
 esset qu
 & sup
 quasi le
 duobus
 v. 8
 w. 5
 Int
 templu
 loquens
 enim et
 sed ut r
 menti,
 ge Dom
 hospes h
 tuam pr
 & scabel
 lica, in
 nitus, q
 honora

bebit stabilem domum, & ideo nos *introibimus in tabernaculum* ejus jam erectum in monte Sion, & *adorabimus* conversi ad Arcam sanctam, quæ est scabellum, *ubi steterunt*, ac stare solent *pedes* ejus. Sanctuarium in interiore parte tabernaculi sic constructum erat, ut Arca esset quasi scabellum pedum Domini, & super Arcam esset propitiatorium, quasi sedes Domini, quæ tenebatur à duobus Cherubim.

☿. 8. *Surge Domine in requiem tuam, tu, & Arca sanctificationis tuæ.*

Introducitur Salomon Arcam in templum, poetico more eum invitat, alloquens Dominum, non ut est in se, sic enim eum Cæli Cælorum non capiunt; sed ut peculiari modo erat in Arca testamenti, quia ex illâ responsa dabat. *Surge Domine* de loco, ubi hæctenus quasi hospes habitasti, & ingredi in domum tuam propriam, tu cum throno tuo, & scabello pedum tuorum, quod est Arca, in quâ, & per quam tu ab omnibus, qui illam sciunt, sanctificaris, & honoraris.

☿. 9. *Sa-*

mentum
implevit.
Ephrata,
I opta-
, quia
ac sta-
im ea,
em na-
lomon
sed in
à ma-
fuisse
ursum
m in
enes,
Vide
ulum
runt
atris
rcam
In-
quali
cha-
ut

¶. 9. *Sacerdotes tui induantur justitiam, & Sancti tui exultent.*

Introducâ jam Arcâ in templum, orat Salomon primò pro Sacerdotibus, deinde pro Rege, sive pro se: nam ab his dependet salus totius populi: Sacerdotes enim regunt populum in spiritualibus, & Reges in temporalibus. Pro Sacerdotibus duo petit, ut non solum justii sint intus in corde, & animo, sed etiam exteriùs, ut in verbis, & operibus nihil turpe appareat, sed justitia: deinde ut iidem Sacerdotes, qui Sancti tui propriè sunt, seu tibi ad ministrandum dedicati, exultent alacriter laudando te, & sic bene fungantur munere suo. Væ nobis miseris, qui ministerium Altissimi sortiti, tam procul absumus à fervore, quem Salomon in umbraticis Sacerdotibus exigebat.

¶. 10. *Propter David servum tuum, non avertas faciem Christi tui.*

Orat nunc Salomon pro Rege, seu pro se, & ut faciliùs impetret, adducit merita Patris sui David. Propter fidele obsequium, quod tibi præstitit pater meus, dum vixit, non facias, ut ego, qui

qui patris
gen pop
rectâ pi
re facie
¶. 11
tam, &
entris r
Incip
Deo Da
cilis im
rem per
certiores
mento,
irritum
Regno
¶. 1
mentum
que doce
¶. 3
sedebant
Jura
tuentia;
nempe de
fuis; sed
divinata:
Sacerdotum
tint p/ha

qui patris mei loco unctus sum in Regem populi tui, confusus recedam à te, rejectâ prece meâ, & sic facias me avertere faciem meam à te.

v. 11. Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Incipit referre promissiones factas à Deo Davidi patri suo, ut, iis narratis, faciliùs impetret, quod petit. *Juravit &c.*; rem per se veram ex Dei promissione, certiozem & firmiorem reddidit juramento, & hoc juramentum non faciet irritum; scilicet dabo tibi successorem in Regno filium tuum.

v. 12. Si custodierint filii tui testamentum meum, & testimonia mea hæc, quæ docebo eos.

v. 13. Et filii eorum usque in sæculum sedebunt super sedem tuam.

Juramentum, & promissio sinè pœnitentiâ, seu non irritanda est de uno filio, nempe de Christo, cujus Regni non erit finis; sed de aliis filiis promissio est conditionata: *Si filii tui & filii eorum usque in Sæculum*, h. e. perseveranter custodierint *testamentum*, seu fœdus Domini de

non

non habendis Diis alienis, & præcepta mea servaverint, *sedebunt super sedem tuam*, sin minùs, ùt factum est, proijcientur.

Y. 14. *Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi.*

Y. 15. *Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.*

Possent hæc aliquo modo intelligi de urbe Sion terrenâ, ùt figura erat Ecclesiæ Christi: elegit enim Deus urbem illam pro tempore, ut esset urbs Regia, & Sacerdotalis, ita ut ibi esset thronus regius, & templum Domini. Sed tamen quia brevi diruenda erat, & evertenda, Regnum ex eâ tollendum, templum incendendum, dicendum est, hæc pertinere ad Ecclesiam Christi, & ipsa est Jerusalem, & Sion. Dominus juravit Davidi, se positurum, & stabiliturum filium ejus Christum super sedem ejus, quæ est *Sion*, seu Ecclesia, quia elegit eam in habitationem suam perpetuam, & de eâ dixit: non deseram unquam hanc Ecclesiam, sed in eâ perpetuò requiescam, quia transferam eam ad perfectam beatitudinem in Cælis, & ibi habitabo

itabo in
 cerno de
 resuscen
 ns requi
 cæne per
 jungetur
 Y. 16.
 am, pau
 Hic
 civitati
 quæ utu
 urbi, ut f
 prie, &
 igitur p
 poralium
 Scripturâ
 ut etiam
 destitutæ
 Sed hæc
 ficat cop
 & Sacram
 Ecclesiæ,
 res spiritua
 Y. 17.
 Et iusti
 Aliter
 quod Soc

bitabo in eâ, quoniam firmissimo, & æterno decreto elegi eam. Dicitur Deus requiescere, ut ait S. Aug., quando facit nos requiescere; quod fiet, si pars Ecclesiæ peregrinans in terris tandem adjungetur triumphanti in Cælis.

ŷ. 16. *Viduam ejus benedicens benedicam, pauperes ejus saturabo panibus.*

Hic ŷ. cum sequentibus, promittit civitati David, quæ est Sion, multa bona, quæ utcunque applicari possunt terrenæ urbi, ut figura erat Ecclesiæ, cui illa propriè, & perfectè conveniunt. Primò igitur promittit abundantiam rerum temporalium tantam (benedictio Dei in S. Scripturâ abundantiam significare solet) ut etiam viduæ, quæ solent esse maximè destitutæ, & alii pauperes satiari possint. Sed hæc abundantia in sensu altiori significat copiam cibi spiritualis, verbi Dei, & Sacramentorum, quibus abundant filii Ecclesiæ, ii præsertim, qui sunt pauperes spiritu.

ŷ. 17. *Sacerdotes ejus induam salutari, & sancti ejus exultatione exultabunt.*

Alterum bonum sanctæ Civitatis erit, quòd Sacerdotes ejus sanctitate, & justitiâ

C

tiâ

riâ conspicui erunt, ut petierat Salomon
 ✠. 9. Faciam, ut Sacerdotes ejus induantur justitiâ, quæ est salus animæ, sicut morbus animæ est iniquitas. *Et Sancti*, seu Sacerdotes ejus cum alacritate Deum laudabunt.

✠. 18. *Illuc producam cornu David, paravi lucernam Christo meo.*

Tertium bonum, & quidem maximum sanctæ Sion erit, quod ibi orietur Regnum David. *Illuc*, græcè, hebraicè *ibi*. Per *Cornu* metaphoricè intelligitur potestas, & excellentia Regia: ut enim cornu est durissimum, & elevatum; ita Regia dignitas est potens, & supereminens. Per *Cornu David* ad literam intellige Regnum Messiae, quod erat inchoandum in Sion, & indè per totum Mundum propagandum. Unde hic ✠. intelligi non potest de Salomone, & Regno ejus, qui id temporis regnabat, & florebat; hic autem de futuro dicitur, *Illuc producam*, seu faciam oriri, & quasi germinare cornu David: quasi apertè prædiceret everfionem Regni temporalis, quod tunc vigebat, & suscitandum postea in eâdem urbe Regnum æternum Messiae.

Illud,

ad, Pav
 dicit int
 nam potest
 am David
 arnam,
 filius paret
 L. 3. Reg.
 ant: illic
 Davidi,
 h. e. filiu
 sram: un
 contris tu
 aales Jus
 explicat
 Secundo
 Joannes
 C. 5. ✠. 3
 sias: cum
 opibus,
 à Judæis
 temporal
 cessisset Jo
 tate, & vit
 in se conv
 ginolo loc
 cornu Da
 Messiae,

Illud, *Paravi lucernam Christo meo*, dupliciter intelligi potest: primò per *lucernam* potest intelligi Messias, & per *Christum* David: Scriptura enim passim vocat *lucernam*, filium, sive posteros, nam in filiis parentes vivunt, & lucent: vide L. 3. Reg. C. 11. & 15.; & tunc sensus erit: *illic producam cornu David*, quia Davidi, Christo meo *paravi lucernam*, h. e. filium, successorémque ejus Messiam: unde ne illud *Ps. 11.*, *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam*, carnales Judæi intelligerent de Salomone, explicatur hoc loco de Messia futuro. Secundò per *lucernam* potest intelligi S. Joannes Præcurzor Domini, vide Joan. C. 5. *Ps. 35.*; & per *Christum* ipse Messias: cùm enim hic venturus erat sinè opibus, & comitatu regio, non facilè à Judæis expectantibus Messiam, Regem temporalem, agnosci potuisset, nisi præcessisset Joannes, qui singulari suâ sanctitate, & vitæ austeritate omnium oculos in se converteret instar lucernæ in caliginoso loco. Dicit igitur: *illic producam cornu David*, h. e. Regnum æternum Messiaë, & jam *præparavi lucernam*, h. e.

Præcurforem, qui erat quasi lucerna,
Christo meo, h. e. Messiaë.

*Ps. 19. Inimicos ejus induam confusione,
super ipsum autem effloreat sanctificatio
mea.*

Prædicat de futuris Christi inimicis:
eos implebo ignominia maximâ. Paulô
post Christi mortem Romani Judæorum
civitatem everterunt; ipsos magna strage
affecerunt, & eorum, qui supererant,
alios vilissimo pretio vendiderunt, alios
in publicis ludis bestiis objecerunt: &
ab illo tempore gens Judæorum ubique
servit, ubique contemnitur: sed in die
novissimo non solum Judæi, sed & Pa-
gani, Hæretici, & omnes falsi fratres,
qui Christo in membris ejus inimici fue-
runt, induentur confusione. Christus
autem cum omnibus membris suis in-
duetur gloria: nam sanctificatio, seu
gratia, quæ in hoc Mundo erat quasi se-
men in terrâ absconditum, vertetur in
gloriam, & emittet flores incredibilis
pulchritudinis.

PSAL.

PS
Tulus
I grad
Compe
deis canen
vitate, &
perunt sui
mate, q
Regnum
venit etia
niger cont
finum lo
finita pe
nati in
omnia in
y. 1.
candum l
Vox
perunt
nem per
in concor
bitantium
et, quod
& melius
curritas
i sunt e

PSALMUS CXXXII.

Titulus, & argumentum: *Canticum graduum.*

Compositus videtur Psalmus, ut à Judæis caneretur, dum, post reditum à captivitate, & reedificatâ urbe, ac templo, cæperunt simul pacificè habitare, remoto schismate, quod erat ante captivitatem inter Regnum Israel, & Regnum Juda. Convenit etiam multitudini, E. g. Cænobiis, ubi viget concordia, & communio. Sed potissimum locum habet in Cælesti patriâ, ubi, finitâ peregrinatione, omnes sunt consummati in unum, Joan. 17., & ubi Deus est omnia in omnibus, 1. Cor. 15.

ψ. 1. Ecce quàm bonum, & quàm jucundum habitare fratres in unum.

Vox est eorum, qui jam experiri cæperunt utilitatem, & gustare dulcedinem perfectæ charitatis; quæ duo bona in concordia, & pace fratrum simul habitantium conjunguntur. Utilitas in eo est, quòd virtus unita sit major, fortior, & meliùs, ac faciliùs, conservatur: jucunditas in eo, quòd per charitatem multi sint cor unum, & anima una; unde

quilibet gaudet de bono aliorum non minus, quàm de suo.

v. 2. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

v. 3. Quod descendit in oram vestimenti ejus: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Jucunditatem habitantium in unum comparat unguento pretioso, & non cuicumque unguento, sed illi, quod descendit in barbam Aaronis, seu quo ungebatur caput summi Pontificis in consecratione, quod erat odoris suavissimi, *Exod. 30.* Per *oram vestis* intellige summitatem ejus, ut patet ex hebraico, & græco. Sensus est: sicut unguentum non communicatur à capite aut barbæ abscissæ, aut vesti in arcâ sepositæ, sed iis velut partibus corpori unitis, & applicatis: Sic nisi fratres habitent in unum, h. e. charitate conjuncti, dona cælestia à capite Christo defluentia non descenderent in barbam, h. e. in Prælatos, neque à barbâ in vestimenta, h. e. in reliquum populum.

Deinde utilitatem habitantium in unum comparat rosi; neque enim mon-
tes

es ex rore
percipiunt.
is Hermon
scendat in
exponunt
arminis P
tam Herm
linum, a
abundant
in plurali
& aridior
nisse, ex r
rem in r
quo abur
nicaret;
similis ex
videatur.
enim fratr
tes, seu es
Cælestis
alissimus,
voda ait Jo
ejus omnes
viam Ch
gram, &
le habes, se

tes ex rore jucunditatem, sed utilitatem percipiunt. Quomodo autem ros montis Hermon, qui longè distat à Sion, descendat in montem Sion, variis modis exponunt Interpretes. Putat Em. Belarminus Prophetam considerâsse, montem Hermon esse altissimum, & amplissimum, atque in eo magnam esse roris abundantiam: montes (Hebræus legit in plurali) Sion esse multò humiliores, & aridiores: & ideo more poëtico dixisse, ex monte Hermon descendere rorem in montes Sion, quasi ille rorem, quo abundat, his, qui eo carent, communicaret; non quòd idem omnino ros, sed similis ex Hermon in Sion descendere videatur. Similitudo aptissima est: sunt enim fratres concordés, quasi tot montes, seu colles Sion, in quos descendit ros Cælestis à Christo, qui est quasi Hermon altissimus, & rore Cælesti plenissimus: unde ait Joannes C. I., *Et de plenitudine ejus omnes accepimus.* Non communicat autem Christus nobiscum eam ipsam gratiam, & gloriam numero, quam in se habet, sed aliam similem, & minorem.

Ps. 4. Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, & vitam usque in seculum.

Ratio, cur tantis bonis abundet cœtus fratrum concorditer viventium: quia Deo gratissima est concordia, & charitas fraterna, ideo *illic mandavit benedictionem*, h. e. eam replet copiâ bonorum omnium, idque non ad breve tempus, sed in æternum: nam ideo cum benedictione misit ad eos *vitam usque in seculum*; quæ omnia hic in terris habentur in spe, sed in patriâ habentur in re.

PSALMUS CXXXIII.

Titulus, & Argumentum: *Canticum graduum.*

Hic est Psalmus postremus gradualium, qui eos, qui jam feliciter ascenderunt, hortatur, ut vacent perpetuis laudibus: quod est officium habitantium in domo Domini. Pertinet tamen hic Psalmus suo modo ad eos, qui post ædificationem templi, in illo habitabant; & ad eos, qui, dum peregrinantur in terrâ, corde habitare nituntur in Cælo.

Ps. 1. Ecce nunc benedicite Dominum omnes servi Domini.

Ecce,

Ecce
& perle
renti fiti
medicite
aliud, in
vendo t
tarum
y.
atriis
Ve
betis d
in tente
sed &
rem
terior
sunt ve
y. 3
in san
Ho
potissi
in Sanc
torum
num.
candun
node t
cipue
cui le

Ecce, nunc liberati à tentationibus, & persecutionibus, tempus est, ut toti intenti sitis laudibus Domini; proinde *benedicite Dominum* vos, qui non habetis aliud, in quo illi jam serviatis, nisi in solvendo tributo perpetuæ laudis, & gratiarum actionis.

ψ. 2. *Qui stas in domo Domini, in atrius domus Dei nostri.*

Vos, inquam, qui permanentem habetis domum, nec ampliùs ut peregrini in tentoriis habitatis: nec solum domum, sed & atria possidetis, ita ut & interiorrem domum, ubi Deus videtur, & exteriorrem, ubi videntur creaturæ, quæ sunt veluti atria, felicissimi habeatis.

ψ. 3. *In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum.*

Hortatur servos Dei, ut nocturno potissimum tempore extollentes manus in Sancta Sanctorum, ubi erat propitiatorium, & Arca Dei, benedicat Dominum. Moraliter significat Deum laudandum & in die prosperitatis, & in nocte tribulationis. Sed in sensu præcipuè intento significatur, in Cælo, sicuti semper est dies, si de luce, & tene-

Domine
seculum.
et cæcus
quia
& chari-
benedi-
bono-
e tem-
um be-
que in
aben-
in re,
ticum
lium,
bor-
quod
mini.
to ad
illo
egri-
untur
ium

bris agatur, ita semper esse noctem, si agatur de labore, & requie. *In his igitur quietissimis, sed lucidissimis noctibus extollite manus vestras beati servi Dei, & ad sanctuarium verum, ubi Deus ipse residet, conversi benedicite Dominum.*

ψ. 4. *Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit Cælum, & terram.*

Hortatus erat servos Dei, ut assidue Deum benedicerent; nunc vicissim illis à Deo benedictionem precatur: sed utitur numero singulari, *Benedicat te &c.*, quia videbat eos ita esse glutino veræ charitatis unitos, ut essent unum in Domino.

PSALMUS CXXXIV.

Titulus, & argumentum: *Alleluja.*

Duo Psalmi sequentes ejusdem sunt argumenti; hortantur nempe fideles ad laudes Dei: unde rectè subjunguntur Psalmis gradualibus, quia optimè conveniunt iis, qui ex captivitate in patriam redierunt, quique jam gradus perfectionis, Deo juvante, vel ascenderunt, vel in ascensione non modicum profecerunt.

ψ. I. *Lau.*

ψ. I.
te servi
ψ. 2.
avis do
Hi c
ri præ
contin
choata.
qui ad
runt,
siderio
cum A
autem
niunt
rum c
sacris,
piè m
ψ.
Domi
suave.
ψ.
minus,
Ade
sueat
Primò
laude:
omni

ŷ. 1. Laudate nomen Domini, laudate servi Dominum.

ŷ. 2. Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.

Hi duo ŷ. ŷ. habentur in initio Psalmi præcedentis, sed ideo repetuntur, ut continuetur laudatio, quæ ibi fuerat inchoata. Hæc non solum conveniunt iis, qui ad Cælestem patriam jam pervenerunt, sed & illis etiam, qui spe, ac desiderio in eâ domo degere incipiunt, & cum Apostolo dicere possunt: Nostra autem conversatio in Cælis est. Conveniunt illa specialiter Sacerdotibus, quorum officium est stare in domibus Deo sacris, & ipsi Deo immediatè, & propriè ministrare.

ŷ. 3. Laudate Dominum, quia bonus Dominus; psallite nomini ejus, quoniam suave.

ŷ. 4. Quoniam Jacob elegit sibi Dominum, Israel in possessionem sibi.

Adducit tres rationes, quibus persuadeat, laudandum esse Dominum, Primò quia Deus dignissimus est omni laude: est enim ipsa bonitas, omnem omnino boni rationem continens; nec
quid-

em, si
his igi-
oribus
ei, &
siple
m.
Sion,
fiduè
illis
uti-
xc.,
eræ
Do-

ar-
des
ra-
qui
u-
te,
no-

quidquam bonum est, nisi ex ejus participatione, & dono. Secundò quia id nobis bonum, & jucundum est: & quidem beatis in Cælo psallere Deo suavissimum est, & ideo ne ad momentum quidem cessant à laudibus Divinis, quoniam dulcedinem Dei in ipso fonte suavitatis sinè intermissione degustant. Nobis autem nunc dulce est canere Deo, nunc laboriosum, quia non semper gustamus, quàm suavis sit Dominus; sed tunc solum, cum ex gratiâ Dei, & præviâ meditatione assurgimus ad cognitionem, & accendimur ad amorem. Tertiò quia tenemur, præter cæteros obstricti tot beneficiis: Deus enim singulari dono gratiæ suæ filios Jacob in populum peculiarem sibi delegit; gentiles per Apostolos, & Prophetas ad fidem vocavit, & per fidem in populum suum elegit; unde justum est, ut is populus præter omnes alias gentes Deum laudet.

ψ. 5. *Quia ego cognovi, quod magnus est Dominus, & Deus noster præ omnibus Diis.*

ψ. 6. *Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in Cælo, in terra, in mari, & in omnibus abyssis.* Re-

Resp
verat, cu
plum
inquit, e
solum n
sed etia
filie no
lo, & as
inde u
fit mag
potenti
liberim
tura, i
Et in e
terrane
non no
ψ. 7
ra, ful
Qu
Cælis,
nit igit
aereo, i
videntur
educit n
dente, v
quæ san
terram

Respondet objectioni, quæ fieri poterat, cur ipse tanto ardore invitaret populum Dei ad laudes Domini. *Quia*, inquit, ego cognovi, quòd Dominus non solum magnus sit super omnes homines, sed etiam super omnes Deos: & ideo filere non possum, ideo clamo, ideo psallo, & ad canendum omnes invito. Deinde utrumque probat; & primò, quòd sit magnus Dominus, ostendit ab omnipotentiâ: *Quia omnia quæcunque voluit, liberrimâ voluntate fecit* in universâ creatura, *in cælo, in terrâ, in mari, oceano, & in omnibus abyssis*, seu maribus mediterraneis, vel locis subterraneis. Ergo non nos ipsi, sed Deum laudemus.

ψ. 7. Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluviam fecit.

Quæ facit Deus mirabilia in Angelis, Cælis, abyssis, nobis incognita sunt; ponit igitur exemplum eorum in Cælo aereo, in terrâ, & in aquis, quæ à nobis videntur, licèt causas ignoremus. Qui educit nubes vel ab oriente, vel ab occidente, vel à Septentrione, vel à Meridie, quæ sunt quatuor extrema terræ, ut ad sensum nostrum de Mundo loquamur.

Et

Et quamvis ista assiduitate viluerint, tamen omnino mirabile est, unde tanta copia vaporum repente existat, ut totum Cælum in puncto ferè temporis nubibus quasi velo cooperiat: nisi ideo mirabile esse desinat, quia ab Omnipotente fit. Subjungit secundum mirabile: *Fulgura in pluviam*, h. e. in pluvia fecit, sive inter pluviam miscuit fulgura; quæ res est omnino mirabilis: nam fulgura sunt ardentia, arentia, acutissima; & pluvia est res humida, frigida, mollis, & tamen nec fulgura absumunt aquam, nec pluvia extinguit fulgura.

¶ 8. *Qui producit ventos de thesauris suis, qui percussit primogenita Ægypti ab homine usque ad pecus.*

¶ 9. *Et misit signa, & prodigia in medio tui Ægypte; in Pharaonem, & in omnes servos ejus.*

Tertium exemplum magnitudinis Dei sumitur à generatione ventorum: hi enim notissimi sunt, & quotidie sentiuntur à nobis, & tamen nihil est obscurius generatione ipsorum, præsertim dum repente existit ventus, & paulò
post

post rep
cutur
abcond
& disti
potest.
jungit
rorum
jument
nis est
sunt a
nimiam
edunt
rumin
ritus
num,
Domi
ta Æg
mentor
pesti,
nocte
genita
verò ap
nullus p
Exod. C
¶ 11
occidit

post repente cessat. Verè venti producuntur de thesauris Dei, h. e. de locis absconditis de potentia Dei secretissimâ, & ditissimâ, quæ nunquam exhauriri potest. Cum hoc tertio exemplo conjungit occisionem omnium primogenitorum Ægypti, tam hominum, quàm jumentorum; & ratio hujus conjunctionis est: quia sicut venti spiritus quidam sunt corporales, qui non videntur ob nimiam subtilitatem: & tamen maximas edunt strages arborum in campis, domorum in urbibus, navium in mari; sic spiritus Angelici, invisibiles oculis hominum, incredibili celeritate ad nutum Domini interfecerunt omnia primogenita Ægypti, tum hominum, tum jumentorum. Nec cædes illa poterat tribui pesti, aut morbo naturali, cum eadem nocte perierint omnia, & sola primogenita Ægyptiorum, apud Hebræos verò apud Ægyptios degentes omnino nullus perierit. Quæ subjungit, vid. Exod. C. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

ψ. 10. Qui percussit gentes multas, & occidit Reges fortes.

ψ. 11. Segon

¶. 11. *Segon Regem Amorrhæorum,
& Og Regem Basan, & omnia Regna
Chanaan.*

¶. 12. *Et dedit terram eorum hæredi-
tatem, hæreditatem Israel populo suo.*

Ad mirabilia Dei in Ægypto addit alia edita in itinere debellando potentissimos Reges, Sehon, Og, item 31. Reges in terrâ promissionis; item muri Jericho corruerunt ad sonitum tubarum; Sol, & Luna steterunt ad imperium Josuæ &c. Vide Num 21. Jos. 6. 10. & 12. Ipse igitur Deus dedit totam illam terram possidendam, & quasi propriam hæreditatem populo suo Israelitico. Sic Regnum Cælorum, per terram promissionis significatum, vult quidem Deus à fidelibus suis bellando, & laborando capi; sed quia, nisi ipse præveniret, comitaretur, & subsequeretur gratiâ suâ labores nostros, nihil omnino facere possemus, ideo ipse est, qui nos salvat, ex captivitate liberat, & hæreditatem æternam donat.

¶. 13. *Domine nomen tuum in æternum, Domine memoriale tuum in generatione & generationem.*

¶. 14. *Quia*

¶. 14
um sum
Conc
nis, quã
Propter
tua, fam
idem rep
Deus sex
judicio
eum, p
erga ser
deprecabi
¶. 1
& auru
¶. 11
oculos ba
¶. 17
neque em
Jam
esse pra
rum affir
fit Deo, m
gentes, à
major fit B
ramen voi
cum simul
firmitate

ψ. 14. Quia iudicabit Dominus populum suum, & in servis suis deprecabitur.

Concludit primam partem probationis, quā ostendit magnitudinem Dei: Propter hæc tanta mirabilia, memoria tua, fama tua in æternum vigebit; tum idem repetit, & subdit rationem: quia Deus semper, ut hæctenus fecit, iusto iudicio vindicabit de persequentibus eum, puniens iniquos hostes ejus, & erga servos suos erit exorabilis. Illud *deprecabitur* passivè sumendum est.

ψ. 15. Simulacra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum.

ψ. 16. Os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt.

ψ. 17. Aures habent, & non audient, neque enim est spiritus in ore ipsorum.

Jam probat, Deum nostrum magnum esse præ omnibus Diis; quod erat alterum affirmatum *ψ. 5.* Licet non magnum sit Deo, majorem esse Diis aureis, & argenteis, ut monet S. Hilarius, cum longè major sit Regibus, Dæmonibus, Angelis; tamen voluit Propheta conferre Deum cum simulacris, ut clariùs ostenderet infirmitatem Deorum gentilium; tum

D

etiam

etiam quia, licet Dii gentium essent Dæmonia, Ps. 95., multi tamen gentilium id ignorabant, putantes ipsa simulacra esse Deos. Demum quia ex his argumentis colligitur etiam infirmitas ipsorum Dæmonum, qui simulacris suis non poterunt dare sensum, & vitam, sicuti Deus verus simulacro suo, quod est homo, dedit spiritum vitæ, sensum, motum, & quod est excellentius, dedit rationem, & libertatem arbitrii. Cetera patent ex Ps. 113. à v. 12.

ψ. 18. *Similes illis fiant, qui faciunt ea; & omnes, qui confidunt in eis.*

ψ. 19. *Domus Israel benedicite Domino, Domus Aaron benedicite Domino.*

ψ. 20. *Domus Levi benedicite Domino, qui timetis Dominum, benedicite Domino.*

Factâ collatione Dei veri cum Diis falsis, confert cultores falsorum Deorum cum cultoribus veri Dei, & illis, per modum imprecationis, prædicit similitudinem Deorum suorum, nempe illos fore mutos, cæcos, surdos, quoad vera bona intelligenda, & quærenda, & laudanda; cultores autem Dei invitat ad benedicendum Dominum, quia vident, audiunt, loquun-

loquuntur
is, & ide
laudandun
es, vivere
primò in g
pulum De
Aaron, h.
h. e., Le
demum o
cos omne
ψ. 21.
qui habitat
Conde
Sion, &
cere Don
in ipsâ Jet
cavit; qu
stianæ mili
phanti.

PS

T
inulus,
Psalms
Psalms pra
lum Dei ad
& in singul

loquuntur, ut imagines vivæ Dei viventis, & ideo debent exercere linguam ad laudandum Deum, à quo habent sentire, vivere, intelligere. Invitat autem primò in genere *domum Israel*, h. e. populum Dei; tum per partes, *Domum Aaron*, h. e., Sacerdotes; *Domum Levi*, h. e., Levitas, Sacerdotum ministros; demum *omnes timentes Deum*, h. e. Laicos omnes.

¶ 21. *Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Jerusalem.*

Concludit orans, ut omnes Cives Sion, & Jerusalem non cessent benedicere Domino, qui Rex magnus est, & in ipsâ Jerusalem sedem Regni sui collocavit; quæ conveniunt Ecclesiæ Christianæ militanti, sed multò magis triumphanti.

PSALMUS CXXXV.

Titulus, & Argumentum: *Alleluja.*

Psalmus idem argumentum habet, quod Psalmus præcedens; invitat nempe populum Dei ad laudem misericordiæ Divinæ, & in singulis v. v. repetit, Quoniam in
D 2 æternum

æternum misericordia ejus; ut ostendat, omnia opera Dei, sive ad creationem, sive ad providentiam, sive ad redemptionem pertineant, non ex necessitate, aut debito, sed ex solâ Dei misericordiâ profecta esse, ut bonitatem suam communicaret.

✠. 1. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus.

✠. 2. Confitemini Deo Deorum, quoniam in æternum misericordia ejus.

✠. 3. Confitemini Domino Dominorum, quoniam in æternum misericordia ejus.

In his tribus ✠. ✠. laudatur Deus ab his, quæ in se habet; in sequentibus autem laudatur ab operibus suis. Dicitur Deus bonus, & quidem absolute: nec solum in se bonus est, sed etiam in æternum misericordia ejus est: nam ipse, qui est summum bonum, nullum habet admixtum malum, nullam miseriam, & ideo solus potest mala, & misérias aliorum tollere, & tollet in æternum. Illud Dominus ✠. 1. hebraicè significat ipsum esse; unde ✠. 1. tribuitur Patri, qui est fons essendi, & communicat suum

uum est
 spiritui S
 que com
 Dei unig
 seu Ange
 scripturâ
 adoptivi;
 ✠. 3. trib
 enim tu
 illi sunt
 lunt; ill
 subficiu
 Spiritus
 libertas;
 ✠. 4
 quoniam
 Hic,
 stemini L
 ab oper
 quæ sol
 opera cr
 est Deus
 rum crea
 bus laudat
 quia nihil
 rec creatu
 magnâ,

tuum esse Filio per generationem, & Spiritui S. per spirationem, Sibi, Filió- que communem. *¶* 2. tribuitur Filio Dei unigenito, qui est Deus Deorum, seu Angelorum, & hominum, qui à scripturâ quidem Dii dicuntur, nempe adoptivi, in se tamen creaturæ sunt. *¶* 3. tribuitur Spiritui S.: dominium enim fundatur in naturâ liberi arbitrii, illi sunt Domini qui faciunt, quod volunt; illi servi; qui aliorum voluntati subjiciuntur. Princeps autem libertatis Spiritus S. est, *Ubi Spiritus Domini, ibi libertas*, 2. Cor. 3.

¶ 4. *Qui facit mirabilia magna solus, quoniam in æternum misericordia ejus.*

Hic, & deinceps subintellige, *Confitemini Domino*. Incipit laudare Deum ab operibus magnis, & mirabilibus, quæ solus ipse facere potuit, ut sunt opera creationis: nam in ceteris usus est Deus operâ Angelorum, vel aliarum creaturarum. In his verò operibus laudatur præcipuè misericordia ejus, quia nihil fecit ex necessitate, quasi egeret creaturis, sed ex misericordiâ suâ magnâ, & ineffabili.

ostendit
nem, sive
mpcionem
ut debito,
secta esse,
moniam
ricordia
t, quo-
omino-
icordia
eus ab
ntibus
Dici-
lutè:
am in
ipse,
habet
riam,
iferias
num.
nificat
Patri,
nicat
m

¶ 5. *Qui fecit Caelos in intellectu, quoniam in æternum misericordia ejus.*

Primum opus Dei fuit Cælum. Fecit autem Cælus per sapientiam, & bonitatem suam, intelligendo, & volendo, quæ sunt quasi duæ manus ejus. Itaque non laboravit, non fatigatus est, non eguit morâ temporis, non instrumentis variis, non materiâ, circa quam operaretur, non adjutoribus ministris. *Quoniam in æternum &c.*, quia placuit ei parare æternam Domum Angelis, & hominibus.

¶ 6. *Qui firmavit terram super aquas, quoniam in æternum misericordia ejus.*

Alterum opus principale fuit terra: in hâc triplex cernitur misericordia Dei: una respectu terræ, quam eduxit ex nihilo; altera respectu aquæ, cui sedem stabilem præparavit; tertia respectu hominum, quibus dedit *terram firmatam super aquas*, h. e., aquis discoopertam, & tamen aquis irrigatam, ut possent in eâ degere, eam colere, & frugiferam reddere.

¶ 7. *Qui fecit luminaria magna, quoniam in æternum misericordia ejus.*

¶ 8.

¶ 8. *Qui fecit luminaria magna, quoniam in æternum misericordia ejus.*

¶ 9.

medis, quoniam

Tertium

le fuit fat

larum, quoniam

invenit: et

& terræ

ed, & in

nostris tu

dicitur G

¶ 10.

primogen

misericon

¶ 11.

rum, quoniam

¶ 12.

excelsis, quoniam

¶ 13.

visitates, quoniam

¶ 14.

ejus, quoniam

¶ 15.

tuum ejus

¶ 16.

per deserti

☿. 8. Solem in potestatem diei, quoniam in æternum misericordia ejus.

♃. 9. Lunam, & stellas in potestatem noctis, quoniam &c.

Tertium opus magnum, & mirabile fuit fabricatio Solis, Lunæ, & Stellarum, quæ ad Cælum, & terram pertinent: nam Cælum mirificè exornant, & terræ mirificè profunt, quia lucendo, & illuminando, præfunt operibus nostris tum diurnis, tum nocturnis, ut dicitur Gen. 1.

♁. 10. Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum, quoniam in æternum misericordia ejus.

♂. 11. Qui eduxit Israel de medio eorum, quoniam &c.

♁. 12. In manu potenti, & brachio excelso, quoniam &c.

♁. 13. Qui divisit mare rubrum in divisiones, quoniam &c.

♁. 14. Qui eduxit Israel per medium ejus, quoniam &c.

♁. 15. Et excussit Pharaonem, & virtutem ejus in mari rubro, quoniam &c.

♁. 16. Qui traduxit populum suum per desertum, quoniam &c.

ψ. 17. *Qui percussit Reges magnos, quoniam &c.*

ψ. 18. *Et occidit Reges fortes, quoniam &c.*

ψ. 19. *Sehon Regem Amorrhæorum,*

ψ. 20. *Et Og Regem Basan, quoniam &c.*

ψ. 21. *Et dedit terram eorum hereditatem, quoniam &c.*

ψ. 22. *Hereditatem Israel servo suo, quoniam &c.*

Laudatur hic Deus ab opere providentiæ, & sunt omnia perspicua ex L. Exod. & Ps. 134. Percussio Ægypti, occisio primogenitorum, & Regum &c. sunt opera justitiæ respectu impiorum interfectorum; sed quia hæc intendebantur à Deo ad liberandum populum suum, illa omnia simpliciter tribuuntur misericordiæ. ψ. 12. *illud in manu potentis, & in brachio excelso* significat Deum graviter punivisse Ægyptum plagis multis. ψ. 13. *illud in divisiones,* significat in duas partes. ψ. 15. *illud, & virtutem ejus,* significat exercitum ejus.

ψ. 23. *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri, quoniam in æternum &c.*

ψ. 24.

ψ. 24.

ψ. quoniam

Hæc

Judæorum

minorum

liberationem

Tyrannorum

maximè

etorum

bus per

tatem int

ψ. 25

nam in

Hic

truntur

bi non

Ait iraq

omnes o

trit, &

ventem.

ψ. 26

in æternum

ψ. 27.

rum, quoniam

ejus.

Concl

ψ. ψ. ex

ψ. 24. *Et redemit nos ab inimicis nostris quoniam in æternum &c.*

Hæc referri possunt ad liberationem Judæorum à servitute Pharaonis, Philistinorum, Nobuchodonosoris; item ad liberationem Ecclesiæ à persecutione Tyrannorum, Hæreticorum; demum maximè propriè ad liberationem Electorum à captivitate Diaboli, & omnibus periculis hujus sæculi. *Per humilitatem* intellige afflictionem.

ψ. 25. *Qui dat escam omni carni, quoniam in æternum misericordia ejus.*

Hunc ψ. addit pro iis, qui non patiuntur persecutionem, ne putarent, sibi non esse necesse confiteri Domino. Ait itaque: *Confitemini*, laudate Deum omnes omnino, quia ipse est, qui nutrit, & conservat omnem creaturam viventem, & præcipuè hominem.

ψ. 26. *Confitemini Deo Cæli, quoniam in æternum misericordia ejus.*

ψ. 27. *Confitemini Domino Domino- rum, quoniam in æternum misericordia ejus.*

Concludit repetendo duos ultimos ψ. ψ. ex primo ternario: nam per *Deum*

D 5

Cæli

Cæli, ut notat S. Aug., intelligit Deum Deorum. Dicitur *Deus Cæli*, quia ipse solus Deus verus Cælum fecit, & in eo, velut throno suo residens, demonstrat se Deum Deorum esse.

PSALMUS CXXXVI.

Titulus: *Psalmus David Jeremiæ.*

Hoc titulo caret Hebræus, legitur tamen in Græco, & Latino: nec significat, Jeremiam in Babylone fuisse, sed Psalmum compositum esse à Davide, prævidente, & prædicente captivitatem Babylonicam, quam postea Judæis imminentem Jeremias prædicavit, & præsentem deploravit, & finem ejus post 70. annos futurum denuntiavit. Unde à quocunque fuerit additus titulus, non est rejiciendus, quasi falsam historiam contineret.

Argumentum Psalmi est lamentatio captivorum, desiderium patriæ, & prædictio severissimæ animadversionis in Babylonios, & Idumæos: quæ à Davide scripta sunt, non tam ut simplicem historiam futuram narraret, quàm ut admoneret Hebræos, ut, quando in Babylonem ducerentur

tur

new captiv
nis, sed
Abivi s
quomodo
captivitat
v. 1.
selmus, &
Sion.

Ver
qui in a
gebant,
provinci
bant, &
patriæ
bona hi
Electi at
temptis,
dum rec
est in fa

v. 2
dinus or
Capt
tharas sū
Babylonit
dentibus,
tiriz, ut
cordi el

*tur captivi, non afficerentur rebus Babylo-
nis, sed assidue ad patriam suspirarent.
Altiori sensu admonentur omnes Electi,
quomodo se gerere debeant in exilio, &
captivitate hujus sæculi.*

*¶. 1. Super flumina Babylonis, illic
sedimus, & flevimus, cum recordaremur tui
Sion.*

Verba sunt captivorum in Babylone,
qui in agris ad vilia opera deputati de-
gebant, & ad ripas fluminum, quibus ea
provincia abundat, aliquando fessi sede-
bant, & ex recordatione, & desiderio
patriæ flebant. *Flumina Babylonis* sunt
bona hujus sæculi, quorum desiderio
Electi abripi se non sinunt, imò, iis con-
temptis, deplorant captivitatem suam,
dum recordantur dulcissimæ patriæ, quæ
est in sancto monte Sion.

*¶. 2. In salicibus in medio ejus suspen-
dimus organa nostra.*

Captivi Hebræi organa lætitiæ, ci-
tharas suspendebant *in salicibus in medio
Babylonis*, h. e. palam, Babyloniis vi-
dentibus, abjiciebant à se instrumenta læ-
titiæ, ut ostenderent, sibi fletum magis
cordi esse, quàm cantum. Electi, in-
telli-

telli-

telligentes captivitatem, & exilium, non cantant, & lætantur cum Babyloniis, & de rebus Babyloniæ; cantant tamen in cordibus suis Domino, & gaudent in spe futuræ beatitudinis.

¶ 3. *Quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba cantionum.*

¶ 4. *Et qui abduxerunt nos: hymnum cantate nobis de canticis Sion.*

Non solùm ob mœstitiam suspende-
runt citharas suas in ramis arborum
captivi Judæi, sed etiam ne obsequeren-
tur Babyloniis, audire, & irridere cupi-
entibus sacros hymnos, quos in celebra-
tibus Domini cantare soliti erant. No-
luimus organis nostris uti, ne sacra can-
tica irrisioni gentilium exponeremus:
quia ii, qui nos captivos duxerunt, illic,
in suâ regione, interrogaverunt nos de
verbis cantionum, & dixerunt, qui ab-
duxerunt nos: hymnum cantate nobis de
canticis Sion. Illud, interrogaverunt &c.
potest etiam verti, rogaverunt, petie-
runt, ut caneremus.

¶ 5. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?*

Quam-

Quar
faci hy
hoc tam
minos su
caulæ spe
derunt ig
non poss
patria su
ritiam p
exilli, &
do possit
inter tot
¶ 6
oblivio
¶ 7
mis, si
¶ 8
principio
Tot
& firm
vioni me
canur sibi
Si oblitu
fiet, si p
rà aliend
non sit
faucibus

Quamvis ideo canere volebant, ne sacri hymni ab infidelibus irriderentur; hoc tamen non responderunt, ne Dominos suos offenderent; sed quod justæ causæ speciem habere poterat. Responderunt igitur, ob mœrorem captivitatis, non posse se cantare cantica læta, ut in patriâ suâ solebant. Electi, scientes lætitiâ propriam esse patriæ, gemitum exilii, & captivitatis, dicunt: Quomodo possumus lætis canticis operam dare, inter tot pericula, & tentationes?

ψ. 6. *Si oblitus fuero tui Jerusalem, oblivioni detur dextera mea.*

ψ. 7. *Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui.*

ψ. 8. *Si non proposuero Jerusalem in principio lætitiæ meæ.*

Totus populus introducitur jurans, & firmiter statuens, se nunquam oblivioni mandaturum patriam, imò imprecatur sibi per juramentum execratorium: *Si oblitus fuero tui, Jerusalem, quod fiet, si pulsare incipiam citharam in terrâ alienâ, pereat dextera mea, arefcat, non sit ulli usui. Adhæreat lingua mea faucibus meis, ut moveri nequeat, si can-*
tando

tando in terrâ alienâ demonstrabo, me-
 rus non amplius meminisse; imò etiam
 utrumque fiat, si initium, & summa
 lætitiæ meæ non fuerit civitas S. Jerusa-
 lem. Electi nec in prosperis, nec in
 adversis obliviscuntur patriæ cælestis;
 optant carere manu, & linguâ, si glo-
 riæ Dei, & salutis æternæ deservire non
 debeant; nullâ in re seridò lætari nõrunt,
 nisi in spe, & desiderio cæli.

v. 9. *Memor esto Domine filiorum
 Edom, in die Jerusalem.*

v. 10. *Qui dicunt, Exinanite, exi-
 nanite usque ad fundamentum in ea.*

v. 11. *Filia Babylonis misera, beatus
 qui retribuet tibi retributionem tuam, quam
 retribuisti nobis.*

v. 12. *Beatus qui tenebit, & allidet
 parvulos tuos ad petram.*

Prædicat in fine Psalmi perditionem
 Idumæorum, & Babyloniorum, qui
 persecuti sunt filios Israel. Idumæi de-
 scendebant ab Esau fratre Jacob, qui &
 Edom dictus est. Ait ergo: *Memor esto
 Domino filiorum Edom, seu Idumæo-
 rum, quid nempe egerint, quando Je-
 rusalem affligebatur, & evertebatur à
 Baby-*

Babylonii
 in sunt B
 nante &
 fundame
 loniam,
 prædicat
 ser, h.e
 seram est
 cissima
 dorum
 adversus
 tribuisti
 tur Dan
 quod h
 tantâ cr
 Perias in
 eorum a
 ullâ mise
 per Idu
 per Bab
 buer erg
 nem, qu
 Rex Baby
 er vincu
 ginalis: si
 Christus
 uligabit

Babyloniis: hoc autem egerunt; hortati sunt Babylonios, & dixerunt: *Exinanite* &c., evacuate, effodite urbem à fundamentis. Transit deinde ad Babyloniam, & per modum imprecationis prædicit eis ruinam: *Filia Babylonis misera*, h. e. Urbs Babylon, quam ego miseram esse prævideo, licet nunc tibi felicissima videaris. Rex Persarum, & Medorum *beatus* erit, quia prosperabitur adversus te, & retribuet tibi mala, quæ tribuisti nobis. Quod factum esse testatur *Dan. C. 5.*, & *Isaias C. 13.* prædixit, quod hoc loco David etiam prædicit, tantâ crudelitate sævituros Medos, & Persas in Babylonios, ut etiam infantes eorum ad parietes allisuri sint, & sinè ullâ miseratione interfecturi. Moraliter per *Idumæos* intellige homines carnales, per *Babylonios* ipsos Dæmones. Retribuet ergo Deus Babyloniæ retributionem, quam retribuit nobis: quia sicut Rex Babyloniæ Dæmon captivos nos fecit vinculo culpæ, nempe peccati originalis: sic in die iudicii Rex Jerusalem Christus Diabolum captivum faciet, & alligabit vinculis æternæ pænæ, ut nulli amplius

bo, ne
no etiam
summa
Jerusa-
nec in
celestis;
si glo-
re non
horunt,
viorum
, exi-
beatus
quam
allidet
onem
, qui
si de-
qui &
or esto
mæo-
lo Je-
tur à
y-

ampliùs nocere possit; nec Diabolum solum, sed & omnes carnales homines, piorum persecutores captivos faciet, quos alligabunt Angeli *in fasciculos ad comburendum*. Et sicut Dæmon parvulos Christi, h. e. eos, qui non creverunt, nec profecerunt in Christo, captivos facit: sic beatus est, qui parvulos Babyloniam, h. e. eos, qui minùs creverunt in vitiis, allidit ad petram, quæ est Christus, occidens peccato, ut justitiæ vivant.

PSALMUS CXXXVII.

Titulus: *David*.

In græcis libris, quos nunc habemus, invenitur titulus Aggæi, & Zachariæ, sed videtur additus à Recentioribus: nam Hebræus tantùm legit: David; sed nec ullus veterum legit, Aggæi, & Zachariæ, nec Hilar., nec Hieron., nec Chrysof., nec Aug., nec Theodoret., nec Euthym.: itaque meritò contemnendus est.

Argumentum est gratiarum actio, quodd exaudierit Deus humilem orationem suam; & probabiliter videtur petiisse ad-

ventum

centum M
aditu pr
Capi glo
v. 1.
meo;
Pollicet
rum actio
rimo cor
& pro ben
salute suâ,
quod orat
v. 2.
sibi, ador
& confite
Decla
talem, q
dutorum.
Angelis,
attendi,
tam in pu
quo theat
attentione l
oraremus!
v. 3. S
tote tua, q
comen San

*ventum Messiae, & gratias agere, quod ex-
auditus praeviderit, & praedicere potueris
Christi gloriam, & conversionem gentium.*

*¶. 1. Confitebor tibi Domine in toto
corde meo; quoniam audisti verba oris mei.*

Pollicetur sacrificium laudis, & gratia-
rum actionis, non verbis tantum, sed ex
intimo corde, & summo mentis ardore,
& pro beneficio omnium maximo, pro
salute sua, & totius populi aeterna, eo-
quod oratio sua sit exaudita.

*¶. 2. In conspectu Angelorum psallam
tibi, adorabo ad templum sanctum tuum,
& confitebor nomini tuo.*

Declarat, confessionem suam fore
talem, qualem requirit excellentia Au-
ditorum. Scio, me psallentem tibi, ab
Angelis, qui tibi assistunt, videri, &
attendi, & ideo ita considerate me ge-
ram in psallendo, ut qui intelligam, in
quo theatro consistam. O si omnes hac
attentione Deo Psalmos caneremus, vel
oraremus!

*¶. 3. Super misericordia tua, & veri-
tate tua, quoniam magnificasti super omne
nomen Sanctum tuum.*

E

Hæc

diabolus
omnes,
faciet,
culos ad
parvu-
creve-
, cap-
rvulos
as cre-
, quæ
justi-

emus,
aria,
nam
ed nec
aria,
ysof.
bym.:

actio,
tionem
Te ad-
m

Hæc erit materia canticorum meorum: In toto corde laudabo te super magnâ illâ misericordiâ tuâ, & fidelitate tuâ, quâ, sicut promifisti Patribus, misertus generis humani, *magnificasti Sanctum*, seu Christum tuum, dando nomen super omne nomen. Misericordia illa ineffabilis est, & in æternum prædicanda, cùm genus humanum depressum per peccatum usque ad inferos, Deus exaltaverit in Christo super omnes Cælos, & super res creatas; & sic implevit cumulatissimè veritatem suam, quâ promissis suis stare solitus est.

Ps. 4. In quacunq; die invocavero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Ex eo quòd *magnificasti Sanctum tuum*, confidenter peto, ut semper per illum Advocatum nostrum exaudias me, quocunq; tempore *invocavero te*; nihil aliud peto, nisi ut robores animam meam, ut resistam cupiditatibus, ut tolerem patienter adversa, ut ambulem semper in viâ justitiæ, ut vim inferam Regno Cælorum, ut ad eum, quem *magnificasti*, aliquando perveniam.

Ps. 51

v. 5.
 Regi terr
 mui tui.
 Dixit
 m, præ
 præteriti
 sic jam p
 gentiam.
 pteantur
 per Refu
 confitebun
 nes Reges
 dierunt,
 natus es
 Ps. 6.
 vnum est
 Pergi
 nis genti
 eorum
 viti, &
 cantando.
 vni. C
 ac magis,
 rit, quàm
 stum suu
 strit divit
 Sanctos.

¶ 5. *Confiteantur tibi Domine omnes Reges terræ, quia audierunt omnia verba oris tui.*

Dixit ¶ 3., *Magnificasti Sanctum tuum*, prædicens futurum per verbum præteriti temporis, more prophetico: sic jam prædicit futuram conversionem gentium, per modum imperantis, *Confiteantur &c.*: magnificato Sancto tuo per Resurrectionem, & Ascensionem, *confitebuntur tibi confessionem laudis omnes Reges terræ*, quia per Apostolos audierunt, quidquid Mundo revelare dignatus es.

¶ 6. *Et cantent in viis Domini, quoniam est magna gloria Domini.*

Pergit explicare mysterium vocacionis gentium. Ambulabunt Reges, & eorum populi *in viis Domini*, non inviti, & moesti; sed læti, & volentes cantando, *Quoniam magna est gloria Domini*. Cognoscent enim quotidie magis, ac magis, quàm magna Dominus fecerit, quàm magnificè glorificaverit Christum suum, caput nostrum, & quæ sint divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in Sanctos.

¶. 7. *Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit.*

Hæc est magna gloria Domini, quòd cùm excelsus, imò altissimus sit naturâ, dignitate, potentiâ, sapientiâ, imperio; tamen *humilia* de proximo *respicit*, quia ad humiles descendit; & verè in Filio suo in terris visus est, & cum hominibus conversatus est. *Et alta &c.* à superbis longè recedit, eos projicit à se, ut patuit in Diabolo.

¶. 8. *Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & salvum me fecit dextera tua.*

Quia Deus excelsus humilia benignissimè respicit, David conscius propriæ humilitatis, cum fiduciâ sibi pollicetur opem Dei in omni tribulatione. *Si ambulavero in medio tribulationis*, ita ut undique tribulantibus, & tentantibus cinctus sim, tu tamen vivum, illæsum, incolumem me servabis: nam (& sæpe pro *nam* legitur) *super iram inimicorum*, me undique circumstantium, & devorare cupientium, *tu extendisti manum tuam*, ut eorum furorem compesceres,

&

& conat
fieri pot
Christus
v. 9.
mine mi
manuum
Expl
mini sat
dextera
rium pe
vindicta
seculum
ideo p
cordite
spem,
conserv
consum

P
T
T
est ab in
Argu
probabilit
humanum
torem et
trâ sever

& conatus impedires; & sic *salvum me* fecit potentia, & virtus tua, quæ est Christus.

ψ. 9. *Dominus retribuet pro me, Domine misericordia tua in seculum, opera manuum tuarum ne despicias.*

Explicat modum, quo *dextera Domini salvos nos facit.* Dominus, qui est *dextera tua*, retribuet tibi Deo Patri pretium pro peccatis meis, & inimicis meis vindictam: *Domine misericordia tua in seculum* durat, seu finem non habet; ideo peto, ut opera, quæ tu misericorditer inchoasti, inspirans fidem, spem, & charitatem, non deseras, sed conservando, augendo, perficiendo consummes.

PSALMUS CXXXVIII. *Sebr. 139*

Titulus: *In finem Psalmus David.* Titulus hic jam sæpe alias explicatus est ab initio Psalterii.

Argumentum *Psalmi* controversitur; probabiliter voluit David admonere genus humanum, Deum esse magnum remuneratorem operum bonorum, & malorum contra severum Judicem; atque ut illud persuadeat,

suadeat, prolixè disputat de Dei scientiâ, quâ exactissimè, & profundissimè novit omnia nostra, naturam, opera, verba, cogitationes.

ψ. 1. Domine probasti me, & cognovisti me, tu cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

Loquitur David de se, & in personâ generis humani. Tu Domine non es contentus quâcunque cognitione rerum nostrarum, sed voluisti accuratissimè cognoscere, ut faciunt, qui examinant, & probant; & re ipsâ accuratissimè cognovisti me. Hoc dictum generatim tum explicat: Tu cognovisti ab æternitate, quando, quomodo, & quâ de causâ federe, vel surgere deberem; nec solum corporaliter, sed & moraliter, h. e. quando, cur, & quomodo humiliandus, vel exaltandus essem. Et hæc multò magis novit de Christo, capite omnium hominum, & Angelorum; unde Ecclesia in die Resurrectionis hunc ψ. recitat.

ψ. 2. Intellexisti cogitationes meas de longè, semitam meam, & funiculum meum investigasti.

Nec

Nec
stra, h
sed & i
cogitar
sem co
meum
tum m
silia, &
nem,
essem
tem al
no int
nem
script
fiones
ψ.
quia u
Di
tiones
genera
diti or
verba
sermo
non p
tempo

Nec solùm cognovisti exteriora nostra, humiliationem, & exaltationem, sed & interiora: nam multò antè, quàm cogitare inciperem, tu nôsti, quid essem cogitaturus; item nôsti progressum meum, itinera mea, tum corporalia, tum multò magis spiritualia, h. e. consilia, & deliberationes; item nôsti finem, & metam, ad quam perventurus essem; quam hæreditatem, quam quietem assecuturus. In summâ, ab æterno intellexisti principia, media, & finem actionum mearum. Funiculus in scripturâ significat hæreditatem, possessiones, quæ funiculis dividebantur.

ÿ. 3. *Et omnes vias meas prævidisti, quia non est sermo in lingua mea.*

Dixerat, Deum prævidisse cogitationes, consilia, eventus; nunc addit generatim omnes alios motus: Prævidisti omnes alios motus meos usque ad verba inutilia, & otiosa; *quia non est sermo in lingua mea*, supple, quem tu non prævideris. Omnia igitur Deus tempore suo in iudicium adducet.

v. 4. *Ecce Domine tu cognovisti omnia
 novissima, & antiqua: tu formasti me, &
 posuisti super me manum tuam.*

Duobus argumentis demonstrat Deum
 omnia scire. *Ecce tu cognovisti omnia
 futura in diebus novissimis, & præterita
 ab antiquissimo tempore. Igitur exactè
 scit etiam actiones humanas, quæ inter
 creata non ultimum locum obtinent.
 Tu præterea formasti me, fecisti homi-
 nem, regis, conservas; aliàs in suum ni-
 hilum rediret.*

v. 5. *Mirabilis facta est scientia tua
 ex me, confortata est, & non potero ad eam.*

Etsi nobis certum sit, dari in Deo sci-
 entiam omnium, ipsa tamen nobis incom-
 prehensibilis est, præsertim quomodo
 prævideat futura libera, quæ pro arbitrio
 hominis possunt esse, & non esse, ut co-
 gitata, desideria, verba, & pleraque
 opera. Ait igitur: *Mirabilis*, h. e. mi-
 rabilior facta est scientia tua, quàm ut
 ego eam possim assequi. Tum idem con-
 firmat: *Confortata est*, prævaluit adver-
 sùm me, sive altius elevata est, quàm ut
 ego eam apprehendam.

a) *nimis alta*

v. 6.

¶. 6. *Quò ibo à spiritu tuo? Et quo à facie tuâ fugiam?*

¶. 7. *Si ascendero in Cælum, tu illic es; si descendero in infernum, ades.*

¶. 8. *Si sumpsero pennas meas diluculo, Et habitavero in extremis maris.*

¶. 9. *Etenim illuc manus tua deducet me, Et tenebit me dextera tua.*

Alio argumento ostendit, neminem esse, qui possit latere scientiam Dei, quia videlicet Deus ubique est, & omnia penetrat. *Quò ibo, Et quò fugiam, ut à tuâ mente, & intelligentiâ abscondar? Si ascendero in cælum, tu illic es; si descendero in profundum abyssi longissimè à Cælo situm, ibi quoque tu idem ipse ades.* Si dentur mihi pennæ, & manè surgens velocissimè fugiam ab oriente, & habitem in ultimo Occidente, non tamen effugere te potero: nam *manus tua deducet me, Et tenebit me,* quia finè tuo auxilio moveri non possum.

¶. 10. *Et dixi, Forsitan tenebræ conculcabunt me; Et nox illuminatio mea in deliciis meis.*

ŷ. 11. *Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.*

Objicit ipse sibi: Forsitan tenebræ densissimæ operient me, & sic effugiam oculos Dei. Et respondet, id fieri non posse: nam nox respectu oculorum Dei non est nox, nec obscura, sed illuminabit, & patefaciet me, in deliciis meis impuris versantem. Tum idem clariùs repetit: quia tenebræ non obtenebrescent apud te; & nox non erit obscura, sed velut lucida dies: perinde est apud te, five sint tenebræ noctis, five lumen diei, quia non minùs vides in tenebris noctis, quàm in luce diei.

ŷ. 12. *Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de utero matris meæ.*

Probat, Deum in tenebris videre. Hinc apparet, tibi perinde esse tenebras, & lucem, quia tu formasti, & formando tuos effecisti *renes meos*, partes scilicet secretas, & absconditas, ubi est sedes internæ cupiditatis; proinde affectus mei, & desideria mea in manu tua sunt: nec solum *renes meos*, sed me totum in ute-

ro lateri
Sovilli fo

ŷ. 1:

magnific
anima m

Inter

humano

admirat

pietiae

tibi con

terrore

magnific

tua in f

tris tar

fataget

operum

ŷ. 1

te, quoc

mea in

Re

in opifi

tiam tua

h.e. qua

intra ear

fecisti,

utero r

nem no

ro latentem suscepisti formandum, & fovisti formatum.

ψ. 13. Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognosce nimis.

Interrumpit narrationem de opificio humano per Apostrophem ad Deum, & admirans magnitudinem scientiæ, & sapientiæ Dei in hoc opere, ait: *Confitebor tibi confessionem laudis, quia terribiliter terrore admirationis, & reverentiæ magnificatus es.* Admiranda sunt opera tua in formatione hominis in utero matris tam obscuro; & anima mea valde sataget cognoscere magnitudinem horum operum tuorum.

ψ. 14. Non est occultatum os meum a te, quod fecisti in occulto: & substantiæ meæ in inferioribus terræ.

Redit ad scientiam, & sapientiam Dei in opificio humano. Non latet scientiam tuam ossatura mea, ut sic loquar, h. e. qualia, & quàm multa ossa lateant intra carnem humanam, quia tu ipse ea fecisti, & quidem in occulto, nempe in utero matris, & intra pellem, & carnem nostram. Tum idem repetit: non est

est

est occultata à te substantia corporis mei,
etiam adhuc latens in profundo utero,
ut metallum in visceribus terræ.

¶. 15. *Imperfectum meum viderunt
oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur:
dies formabuntur, & nemo in eis.*

Pergit in eadem scientiâ Dei: Cor-
pus informe, embryonem, in quo non-
dum apparet forma, & distinctio mem-
brorum, oculi tui viderunt, & cognove-
runt, quid indè fieri deberet, & quò eva-
surum esset: nam habes apud te exem-
plaria, sive ideas omnium, ut pictor,
vel sculptor scit, ex informi materiâ,
quid futurum sit, quia videt exemplar.
In dies formabuntur informia corpora,
& perducentur ad perfectionem suam,
ut in exemplari relucet. *Et nemo in eis,*
supple, deerit, vel, ut est in Hebræo, ni-
hil in eis deerit. *Nota:* illud *dies*, ut
patet ex græco, est in accusativo, ut sen-
sus sit *in dies*. Novit etiam Deus im-
perfectum nostrum quoad animæ do-
tes, sapientiam, prudentiam, virtutes,
gratiam, gloriam; nos scil. nihil esse,
nisi massam informem; sed juxta de-
scriptionem in libro vitæ, indies forma-
mur,

et die

er, & pe
nonformes
guremur co
ad hanc pe
corporis,
imperfectio
relapiens l
sequitur:

¶. 16.

Sunt amici
principatus

Meo j
præ, quã
amici tui
tus est, c
nam edu
captivitate
les, & C
tur ad Re

¶. 17.

nam multu
bus sum tes

Docet,
confortatur
miniscè fit
re amicos
vel subdit

mur, & perficimur, donec efficiamur conformes imagini Filii Dei, & configuremur corpori claritatis ejus. Atque ad hanc perfectionem tam excellentem corporis, & animæ, ad quam ex tantâ imperfectione perducuntur amici Dei, respiciens Propheta, exclamat id, quod sequitur:

¶. 16. *Mibi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.*

Meo judicio, valde omnino, & supra, quàm intelligam, *honorificati sunt amici tui, Deus*, valde omnino roboratus est, & stabilitus principatus eorum: nam eduæti ex malsâ perditionis, & captivitate Dæmonis, facti Angelis æquales, & Christi cohæredes, transferuntur ad Regnum æternum.

¶. 17. *Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur, exurrexi, & adhuc sum tecum.*

Docet, principatum amicorum Dei confortatum esse ex eo, quòd brevi mirificè sit auctus. Conabor numerare amicos Dei, qui principatu fruuntur, vel subditos eorum, & præ multitudine
 nume-

is m.
 utero,
 derunt
 ventur:
 Cor-
 non-
 mem-
 nove-
 eva-
 xem-
 stor,
 teriã,
 plar.
 ora,
 am,
 a eis,
 ni-
 ã, ut
 fen-
 im-
 do-
 res,
 esse,
 de-
 ma-
 ur,

numerare non potero, quia plures erunt, quam grana arenæ in littore maris. Ex cognitione tam ingentis gloriæ amicorum Dei, surrexi per amorem, & desiderium in te, & adhuc tibi inhæreo, cupidus perseverandi usque in finem.

✠. 18. *Si occideris Deus peccatores, viri sanguinum declinate à me.*

✠. 19. *Quia dicitis in cogitatione, accipient in vanitate civitates tuas.*

Optaverat amicorum Dei consortium, jam Dei inimicorum amicitiam recusat. Si tu Deus justo tuo iudicio, ut probos honorificabis, & exaltabis, ita peccatores reprobabis, & damnabis: ego nolo istorum consortium, ideo dico vobis impiis: *Viri sanguinum, animarum occifores, declinate à me: quia cogitatis apud vos, & in corde vestro dicitis: iusti civitates Dei frustra accipient, quia brevi auferemus ab eis.* Hæc referuntur ad dicta ✠. 16. quia scilicet per propagationem Ecclesiæ, infidelium ad fidem conversionem, & impiorum ad iustitiam, civitates, h. e. cætus plurimi ablati fuerant à Dæmonum servitute, & Idolo-

Idolatra
mpii, q
vidente
accipient
bant, bre
✠. 20.
olerum: 1
✠. 21
inimici j
Qui
corde ad
teatur se
rant; &
re, cum
minum:
fert S. A
diligit p
Unde tu
ligam,
facti sum
tionem, c
✠. 22.
meum: in
mas.
✠. 23
in me, &

Idololatrarum Dominio; ideo dicebant
 impii, qui reliqui erant, in corde suo,
 invidentes propagationi Regni Christi,
Accipient in vanum civitates, quia spera-
 bant, brevi fore, ut eas recuperarent.

¶. 20. *Nonne qui oderunt te Domine,
 oderam: & super inimicos tuos tabescebam?*

¶. 21. *Perfecto odio oderam illos, &
 inimici facti sunt mihi.*

Qui evigilavit in Deum, & illi pleno
 corde adhæsit, nihil mirum est, si profi-
 teatur se odisse eos, qui Dominum ode-
 rant; & si tabescebat ex tædio, & dolo-
 re, cùm videbat offendi ab impiis Do-
 minum suum. Illud, *Perfecto odio,* re-
 fert S. Aug. ad virtutem charitatis, quæ
 diligit personas, & odit iniquitatem.
 Unde subdit: non ego illis, cùm eos di-
 ligam, & emendari cupio, sed illi *mihî
 facti sunt inimici,* qui oderunt increpa-
 tionem, & converti ad justitiam nolunt.

¶. 22. *Proba me Deus, & scito cor
 meum: interroga me; & cognosce semitas
 meas.*

¶. 23. *Et vide, si via iniquitatis est
 in me, & deduc me in via æterna.*

Quod

plur,
 re ma-
 glorie
 orem,
 ibi in-
 que in

tores,

z, ac:

infor-
 titiam
 licio,
 abis,
 abis:
 o di-
 ani-
 quia
 estro
 vent,

c re-
 per
 n ad
 n ad
 rimi
 , &

Quod *v. 1.* dixerat, Deum fecisse, nunc ipse rogat, ut faciat, h. e., ut pergat scrutari, & *ex*aminare cor, & semitas ejus, h. e. cogitationes, desideria, progressus, & actiones, ejus. Finem verò scrutationis esse cupit, ut, si Deus videat in ipso viam iniquitatis, quæ ducit ad acquirenda temporalia; abstrahat eum indè, & deducat in viam æternam, h. e. ad ea cogitanda, desideranda, facienda, quæ pertinent ad bona æterna.

PSALMUS CXXXIX.

Titulus: *In finem Psalmus David.*

Recentiores secuti Theodoretum, Psalmi hujus argumentum esse docent precationem Davidis adversus Saulem Regem, & ministros ejus. Sed veteres P. P. Hieron. Chrysof. Aug. argumentum esse volunt, precationem corporis Christi adversus Diabolum, & satellites, iniquos homines, ut probat S. Hilarius.

v. 1. Eripe me Domine ab homine malo, à vivo iniquo eripe me.

Christus loquitur, juxta Hilarium, in personâ suâ, & membrorum suorum:

Eripe

*Eripe me
est in
Aug.)
subjectos
perit.*

*v. 2.
inde, tot*

*Dat
me, quia
gitationu
desideria
nis, ser
quæ om
ut nulla
missio.*

*v. 3.
tentis: ve*

*Alter
nemicis,
dem finis
trium, dete
vindicta ter
pertrahere
runt vieti ill
tis, ut fact
orda: Ve*

Eripe me ab homine malo, sive Diabolus, qui est inimicus homo (ut hinc loquitur S. Aug.) per se, sive per homines sibi subjectos, me infestet. Tum idem repetit.

v. 2. Qui cogitaverunt iniquitates in corde, tota die constituebant praelia.

Dat rationem, cur dixerit, *Eripe me*, quia scilicet patitur infestationem cogitationum, verborum, & factorum, ut desideria impudica, tentationes infidelitatis, scrupuli, perplexitas mentis &c.; quæ omnia dici possunt praelia assidua, ut nullæ dentur induciæ, nulla intermissio.

v. 3. Acuerunt linguas suas sicut serpentis: venenum aspidum sub labiis eorum.

Alterum malum, quod patimur ab inimicis, est malum verborum: & quidem finis malorum hominum calumniantium, detrahentium &c. est lucrum, vel vindicta temporalis; sed finis Diaboli est pertrahere hominem ad peccata. *Acuerunt viri illi mali linguas suas sicut serpentis*, ut facilius penetrarent in aures, & corda: *Venenum aspidum nocentissimum*

F

sub

sub labiis eorum reconditum est, quod per linguam jaculantur in auditores.

v. 4. Custodi me Domine de manu peccatoris, & ab hominibus iniquis eripe me.

Hoc est tertium malum, quod ad rem ipsam pertinet. Ac primò petit cœtus justorum protectionem, ne manus peccatoris, Diaboli, appropinquet, & noceat; deinde ut etiam eripiat ab hominibus iniquis, qui membra sunt Diaboli, ne & ipsi nocendi potestatem accipiant.

v. 5. Qui cogitaverunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum.

v. 6. Et funes extenderunt in laqueum: juxta iter scandalum posuerunt mihi.

Describit malum, quod ab iniquis timebat. Dæmon, & Angeli ejus in hoc unum semper intenti sunt, ut supplantent gressus nostros, ut non ambulemus in viâ Dei, ut cadamus in eâ &c., id autem faciunt abscondendo, & multiplicando laqueos, eósque juxta viam constituendo. Porrò *abscondunt laqueum*, h. e. in actibus peccaminosis manifestant voluptatem, utilitatem, sed tegunt malignitatem. Illud, *funus extendere* &c. significat, laqueos multiplicare, post laqueum adul-

Alteri te
 quod iuxta
 quod lex
 ut si ce
 mei inv
 andum e
 Da ponet
 v. 7.
 exaudi D
 v. 8.
 me, obr
 hili.
 Adve
 Dei, fini
 Dixi De
 per hoc
 minus m
 ego: quan
 nocem dep
 ostendat
 iterum cla
 rogo, quia
 det salus m
 eis salvus
 tectionem
 enim ab ho
 in fuisti m

adulterii tendere laqueum homicidii &c. Illud *juxta iter* &c. significat in ipsa viâ, *quæ est lex Domini*, nulla esse offendicula; at si ceperis à viâ declinare, continuo laquei inveniuntur. Cautè ergo ambulandum est, nec pes extra viam legis Dei ponendus.

v. 7. *Dixi Domino, Deus meus es tu, exaudi Domine vocem deprecationis meæ.*

v. 8. *Domine, Domine virtus salutis meæ, obrumbraſti super caput meum in die belli.*

Adversùs tot pericula invocat opem Dei, sinè quâ nihil possumus facere. *Dixi Domino, Deus meus es tu, & per hoc ego sum populus tuus; Dominus meus es tu, servus tuus sum ego: quare ad te pertineo, ideo exaudi vocem deprecationis meæ.* Deinde, ut ostendat præsentia, & urgentia pericula, iterum clamat Domino: Confidenter te rogo, quia tu solus es robur, unde pendet salus mea, h. e. per quod ab inimicis salvus esse potero. Jam aliàs protectionem tuam expertus sum: cùm enim ab hostibus graviter oppugnarer, tu fuisti mihi instar galeæ, & auxilio

F 2

caput

caput meum texisti, ut mortem imminentem evaderem.

Ps. 9. *Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori: cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.*

Petit semper obumbrari ab æstu mali desiderii: nisi enim concupiscentia mala nos ceperit, frustra Dæmones tentant, frustra homines sæviunt. Domine, ne finas me *tradi à desiderio meo peccatori*, Dæmoni nempe, vel homini tentanti. Cupio, ut non derelinquas me sinè umbraculo gratiæ tuæ; quia inimici contra me meditati sunt insidias, & si fortè ceperint me, gloriabuntur, & exultabunt, quasi non me solùm, sed etiam te superaverint.

Ps. 10. *Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos.*

Prædicat futuras impiorum pœnas. Summa insidiarum, quibus impii quasi per vias distortas circuibant, ut justos perderent, in eosdem recidet. Tum idem repetit: afflictio, & miseria, quam labiis suis procurabant justis, in ipsos recidet, eosque opprimet.

ŷ. 11. Cadent super eos carbones, in ignem dejicies eos, in miseris non subsistent.

Pergit explicare pœnas impiorum. Illud, *carbones ignis*, significat acerrima supplicia; illud, *Cadent*, significat, ea supplicia ab alto descendere, nempe à judicio Dei Judicis supremi. In *ignem dejicies eos*, h. e. à copiâ carbonum super eos cadentium obruentur, & oppressi miseris, ita jacebunt, ut se attollere, surgere, & subsistere non possint.

ŷ. 12. Vir linguosus non dirigetur in terra, virum injustum mala capient in interitu.

Ad pœnas æternas jam addit pœnas hujus vitæ. Vir promptus ad loquendum, mendax, adulator, detractor, calumniator, rixosus non prosperabitur in terrâ: tales enim odio passim habentur & à bonis, & à malis. Imò mala, quæ talem linguosum, & ideo injustum capient, non erunt ad præmium patientiæ, ut justis esse solent, sed ad interitum sempiternum.

ŷ. 13. Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis, & vindictam pauperum.

ŷ. 14. *Veruntamen iusti confitebuntur
nomini tuo, & habitabunt recti cum vultu
tuo.*

Concludit, certam esse liberationem,
& felicitatem iustorum, ut etiam suppli-
cia, & miseriam impiorum. *Cognovi,*
certò scio tum ab experimento proprio,
tum ab exemplis majorum, tum ab ipsâ
Dei iustitiâ, & promissis, quòd Dominus
justissimè iudicabit causas pauperum
suorum, & vindicabit illos, puniens
digno supplicio persecutores eorum.
Ipsi autem iusti, non sibi tribuentes in-
nocentiam, sed gloriam dantes gratiæ
Dei, laudabunt Dominum in æternum,
videntes facie ad faciem, & fruentes vi-
sione ejus.

PSALMUS CXL.

Titulus: *Psalmus David.*

*Argumentum idem est, quod in Psal-
mo superiore, scil. ardens oratio ad Deum.*

ŷ. 1. *Domine clamavi ad te, exaudi
me, intende voci meæ, cum clamavero ad te.*

Verba sunt corporis Christi, seu cœ-
tûs fidelium, inter hostes constituti.

Magna

Magna vo
is affectu
entes inte
audi me
scunque
tende vo
ŷ. 2.
sum in
meorum
Explic
exaudir
tum bene
tio mea
Porro q
bat thym
onyche,
Fides, F
us, ex q
gratissima
manibus
centi, qu
ŷ. 3.
& osium
Petit f
tacendi,
est quali
per verba

Magnâ voce interiori, magnôque cordis affectu invocavi te, Domine, ut opem ferres inter tot pericula laboranti, ideo exaudi me, nec solum hodie, sed quotiescunque *clamavero ad te*, tu quoque intende voci meæ aures tuas.

Ÿ. 2. *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo; elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.*

Explicat, quid petat, & in quo velit exaudiri à Deo. Ac primò petit gratiam bene orandi. *Dirigatur* &c. oratio mea ad te per modum thymiamatis. Porrò quatuor illa, ex quibus constabat thymiamata, nempe thure, galbano, onyche, stacte, sunt quatuor virtutes, Fides, Fiducia, Charitas, & Humilitas, ex quibus componitur oratio Deo gratissima. Et oratio, quam elevatis manibus fundo, sit velut sacrificium incensi, quod ad vesperam offerebatur.

Ÿ. 3. *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis.*

Petit secundò donum loquendi, & tacendi, quando oportet. Os meum est quasi porta, unde exeunt verba, & per verba exeunt cogitata, & facta; un-

ebun-
m vultu

tionem,
suppli-
ognovi,
proprio,
ab ipsâ
dominus
perum
uniens
orum,
tes in-
gratie
num,
tes vi-

Psal-
Deum.
exaudi
o ad n.
eu ce-
stati.
na

de rogo, ut adhibeas custodiam, janitorem nempe, qui diligenter custodiat; & quia solus janitor ægrè custodire potest hanc portam, rogo etiam, ut adhibeas ostium circumstans, seu munitum, ut expugnari non possit. Porrò ostiarius est *Spiritus consilii*, ut sciat homo, quando, quomodo, & quid loqui, vel tacere debeat; & ostium est *Spiritus fortitudinis*, ut audeat loqui, quod oportet, & timeat loqui, quod non oportet.

¶ 4. *Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.*

Tertiò petit, ut, quia, adhibitâ etiam omni custodiâ, tamen fragilitas humana facit, ut erremus, Deus auxilio suo nobis concedat, ut peccata liberè confiteamur, ne, dum excusando sani videri volumus, à Cælesti medico non sanemur. Non permittas, ut, quando peccavimus, cor nostrum declinet in verba mendacii, & simulationis, ad excusanda peccata variis prætextibus.

¶ 5.

¶ 5.
quatem,
eorum.

Quar
impiorum
servarent
sodales in
pendet à
patris
torum, i
non fian
tiam tua
cum elec
municat
eorum.

viviis m
¶ 6.

dis, & in
toris non

Qui
mus in a
non in ad
tes. Rep
stus in ch
tis; ille,
castigans
teris &c.

ψ. 5. Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorum.

Quarto petit custodiri à familiaritate impiorum: multi enim innocentiam conservarent, nisi in perversos amicos, & sodales inciderent. Porrò pars prima *ψ.* pendet à superiori, & sensus est: Non patiaris me quærere excusationes peccatorum, ut ii faciunt, qui iniqui sunt, ut non fiam socius eorum; & sic per gratiam tuam adjutus, *non communicabo cum electis eorum*, hebraicè, non communicabo in mensâ cum dulcibus cibis eorum. Malorum conversatio in conviviiis maximè nocet.

ψ. 6. Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quintò petit, ut ex gratiâ Dei incidamus in amicos ex charitate corripientes, non in adultores falsis laudibus decipientes. Reprehendet me peccantem vir justus in charitate, quia miseretur languentis; iste, inquam, *increpabit me*, severiùs castigans delicta mea: *oleum autem peccatoris &c.*, per unguentum, quo suaviter,

F,

&

& cum voluptate perungitur caput, significatur blandiloquentia peccatoris, qui peccata extenuat, vel excusat, imò etiam sub aliquo colore, ut benefacta laudat.

¶. 7. *Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petrae Judices eorum.*

Obscurissimus hic ¶. ex Chryf. hunc sensum habere potest: Non solum non communicabo cum impiis; sed *adhuc oratio mea* ad Deum est contra eorum vitia, & scelera, in quibus ipsi placent. Sed ipsi, sicut Judices, seu Principes eorum, & duces ad malum, citò peribunt, qualis est eorum interitus, qui absorbentur à fluctibus marinis, dum agitati ab undis alliduntur ad scopulos.

¶. 8. *Audient verba mea, quoniam potuerunt, sicut crassitudo terrae erupta est super terram.*

Petit ad id, quod dixerat, *Oratio mea in beneplacitis eorum*: multi impii, qui sibi ipsi in peccatis complacebant, audient verba mea, & convertentur ad Deum, *quoniam* verba mea potuerunt, efficacissima fuerunt ad conterenda corda eorum;

eorum;
erumpi,
tro super

¶. 9.
infernum
oculi mei
mam me

Uti
Deus at
riculo te
& gravi
tus, &
debilita
dacta fi
Domine
speravi,

¶. 1
tuerunt
iniquita

Dec
fodi me
fidiatore
concupit
oculorum
dalis, et
superbo

eorum; sicut durities, & crassities terræ erumpi, seu scindi solet ligone, vel aratro super terram.

℣. 9. *Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: quia ad te Domine, Domine, oculi mei: in te speravi, non auferas animam meam.*

Ultimò petit, sicut ab initio, ut scilicet Deus animas nostras liberet ab omni periculo tentationum. Ob multitudinem, & gravitatem tentationum, *ossa*, seu virtus, & fortitudo nostra ita dispersa, & debilitata est, ut penè ad nihilum reducta sit: & quia in his omnibus *ad te, Domine*, ad tuum auxilium respexi, *in te speravi*, oro, ut non finas me perire.

℣. 10. *Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi, & à scandalo operantium iniquitatem.*

Declarat, unde timeat mortem. *Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi* infidiatores Dæmones, sive is laqueus sit concupiscentia carnis, sive concupiscentia oculorum, sive superbia vitæ; & *à scandalis*, exemplis carnalium, cupidorum, superborum.

℣. 11.

ŷ. II. *Cadent in retiaculo ejus peccatores : singulariter sum ego, donec transeam.*

Hæc postrema admonitio docet, hominem esse liberi arbitrii, & simul valde consolatur eos, qui timent Deum. *Cadent*, ait, in rete principis venatorum, qui est Diabolus, qui sunt, & esse volunt peccatores : ego autem solitarius ero, donec transeam omnes laqueos, & retia ; de Mundo non ero, ut peregrinus esse cogar, donec transeam ad patriam, ubi nulla erunt pericula. Non satis est ad tempus declinare à moribus peccatorum ; sed perseverandum est usque ad finem.

PSALMUS CXLI.

Titulus : *Intellectus David cùm esset in spelunca, Oratio.*

Sensus tituli est : *in hoc Psalmo declaratur prudentia, & sapientia David, qui cùm esset delitescens in speluncâ, sapienter cogitavit, unicum remedium in tantis malis esse orationem ad Deum. Fugerat nimivum David à Saule ad Regem Achis, & ab illo etiam malè habitus, contulit se in speluncam Odollam solus, ubi incidit in*
maximum

maximum
C. 22.

Argy

qui libet

Psalmus

psalm D

cruce de

presenti

ŷ.

voce me

ŷ. 2

nem m

ipsum p

Po

meâ tu

ad Don

ŷ. 2. B

oratio,

produc

fit, si tr

taures au

conspetu

ubi solus

si in cla

monuit

ŷ. 3

meum :

maximum vitæ periculum, Vide I. Reg. C. 22.

Argumentum est oratio ad Deum, quâ liberationem petit à periculo imminente. Psalmus altiori sensu refertur ad Christum filium David, cùm oraret in borto, vel in cruce desertus ab omnibus, & in mortis præsentissimæ periculo constitutus.

ψ. 1. Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Dominum deprecatus sum.

ψ. 2. Effundo in conspectu ejus orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

Ponit argumentum Psalmi. Voce meâ tum internâ cordis, tum externâ oris ad Dominum clamavi, & deprecatus sum.

ψ. 2. Bis idem dicit. Porrò effunditur oratio, cùm tota paulatim ex vase cordis producitur, ut ab aliquo videatur; quod fit, si tribulatio in oratione per partes ad aures audientis pronuntiatur. Illud, in conspectu ejus, significat orationem factam, ubi solus Deus videbat, in speluncâ, quasi in clauso cubiculo, ut Christus postea monuit esse orandum.

ψ. 3. In deficiendo ex me spiritum meum: & tu cognovisti semitas meas.

Ex-

Explicat, cur, & quando pronuntiaverit tribulationem suam coram Deo. Cùm, ait, ex me ferè discederet spiritus meus vitalis, cùm deficeret vita mea, & in viciniâ mortis essem. Hoc rectè applicatur Christo in horto, vel cruce oranti; item S. S. Martyribus pro fide agonizantibus. Oravi autem ad te, quia tu omnium optimè nôsti actiones, & studia mea, & nôsti, quàm finè ullâ causâ hæc patiar.

ψ. 4. *In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.*

Explicat insidias inimicorum. In viâ justitiæ, & mandatorum Dei, in quâ ambulabam, absconderunt &c. Sic Judæi ex ipsis bonis operibus Christi captabant occasionem eum accusandi. Notat hic S. Aug., non in ipsâ viâ Domini, sed juxta illam posse poni laqueos, ut dictum est Pl. 139. ψ. 6.; Unde sensus est: illi cum sint extra viam, & putent se esse in viâ, ponunt laqueos juxta viam, putantes se ponere in viâ: sed justus non declinans à viâ justitiæ nec ad dexteram, nec ad sinistram, laqueos omnes evadit.

ψ. 5.

ψ. 5.
 ablatam;
 Expli
 cum, qu
 convertu
 vero pre
 micorum
 socius, &
 notum
 Christum
 rant, &
 ψ. 6.
 requirat
 Nec
 beo, sed
 sum: ne
 vitâ meâ
 vide, qu
 sto, qui
 Pater ei
 ψ. 7.
 et spes me
 Exclu
 clamavi ad
 in hac per
 in terrâ
 suos in

v. 5. Considerabam ad dexteram, & videbam; & non erat, qui cognosceret me.

Explicat jam violentiam. Inimici enim, quibus insidiæ non profuerunt, convertunt se ad vim apertam. In illâ verò pressura considerabam ad opem amicorum, & videbam, num quis mihi socius, & amicus adesset, & nullus mihi notum se esse confiteri ausus est. Sic Christum Petrus negabat, reliqui fugerant, & stabant à longè.

v. 6. Periit fuga à me, & non est qui requirat animam meam.

Nec solùm ab aliis auxilium non habeo, sed nec fugâ me ipsum juvare possum: nec invenitur, qui sollicitus sit de vitâ meâ, ne pereat. *Periit fuga à Davide, quia fugere non poterat; à Christo, quia fugere volebat; ipse sibi, & Pater ei fugam interdixit.*

v. 7. Clamavi ad te Domine, dixi, tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

Exclusus igitur ab omni humanâ ope, clamavi ad te, Domine, dixi, tu es spes mea in hac peregrinatione, & hæreditas mea in terrâ viventium. Sinit Deus amicos suos in terrâ peregrinationis affligi, ut
in

in patriâ gloriosius coronet. Hæc eadem Christus loquitur de corpore suo mystico, quod est Ecclesia; vel de proprio hoc sensu: Quia non est, qui requirat vitam meam corporalem, ne pereat; *clamavi ad te Domine Pater, dixi, tu es expectatio mea, ut non des Sanctum tuum videre corruptionem, sed ostendas illi vias vitæ: tu quoque facies, ut caro mea glorificata per resurrectionem, adipiscatur per ascensionem hæreditatem suam in supernâ Jerusalem, quæ est terra viventium.*

ψ. 8. *Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis.*

ψ. 9. *Libera me à persecutibus me, quia confortati sunt super me.*

Duplici argumento petit à Deo liberationem, tum quia ipse nimium sit depressus, seu afflictus, cum solus lateret in speluncâ; tum quia inimici ejus sint exaltati, & adversum se innocentem viribus prævaluerint, cum hostis ejus Saul exercitum armatum duceret. Christus humiliatus fuit nimis, quia se ipsum humiliavit, factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis; item nimis humiliatus

scimus, et
 in iure c
 im. Et
 ent valde
 potestas
 solem iust
 derentur.
 ψ. 10.
 et confite
 ussi, done
 S. Chr
 me de his
 nuncâ egr
 gens, laud
 spectant o
 tribuatur
 sorte Davi
 mortali co
 enim verè
 qui illuc
 in sæcula f
 et expecta
 mæ S. S. Pa
 requies trib
 Cælo, don
 terit merit
 custodia

Viatus, eum penderet inter latrones,
 cui jure convenit sedere super Cheru-
 bim. Et inimici ejus veri contortati
 erant valde, quando venit hora ipsorum,
 & potestas data est tenebris, ut in ipsum
 Solem justitiæ ad tempus prævalere vi-
 derentur.

*Ps. 10. Educ de custodia animam meam
 ad confitendum nomini tuo: me expectant
 justi, donec retribuas mihi.*

S. Chrysostr. dat hunc sensum: Educ
 me de his afflictionibus, ut de hac spe-
 luncâ egressus, & liberè ubique discur-
 rens, laudem nomen tuum: id enim *ex-
 spectant omnes justi*, ut à tuâ providentiâ
 tribuatur mihi innocenti liberatio. At
 fortè David altiori sensu optat educi de
 mortali corpore, velut de custodiâ: illi
 enim verè confitentur nomini Domini,
 qui illuc ascendunt, ubi qui habitant,
 in sæcula sæculorum laudant Dominum:
 & expectabant Prophetam justum ani-
 mæ S. S. Patriarcharum in limbo, donec
 requies tribueretur ei; & S. S. Angeli in
 Cælo, donec æterna felicitas retribuere-
 retur meritis ejus. Christus orat educi
de custodiâ corporis passibilis, & anima-
G
lis

lis, & induere per resurrectionem corpus impassibile, & spirituale; ut, qui laboraverat prædicando populis, deinceps requiescat laudando Patrem: omnes enim iusti, & qui mortui fuerant ab origine Mundi, & qui vivebant in carne, ut Apostoli, aliique fideles discipuli, expectabant maximo desiderio Christum resurgentem, & debitâ retributione gloriæ exaltatum, quia ex plenitudine gloriæ ejus omnes accepturi erant, fideles vivi Spiritum S., mortui è Limbo transitum ad Regna Cælorum.

PSALMUS CXLII.

Titulus: *Psalms David, quando eum filius suus persequabatur.*

Hebræus solùm legit, Psalmus David; cetera verba, explicandi argumenti gratiâ, à Septuaginta addita esse, affirmat S. Hilarius.

Argumentum: David, persecutionem Absalonis, penam peccati sui esse agnoscens, peccata sua deplorat, & misericordiam à Deo postulat. Hinc enim Ecclesia Catholica hunc Psalmum inter septem penitentiales numerat, quia præscribit David
exemplo

exemplo su
 tentibus; at
 Chrysofom
 v. 1. 2
 tribus pe
 ritate su
 David
 gemitu p
 Domine e
 dit, qui
 videre de
 ne intelli
 repetit.
 tem, qui
 peniten
 tellige fi
 tæ, qua
 v. 2.
 servo tuo,
 Tu tuo or
 Petiit
 missione,
 aliud argu
 gilitate ge
 iudicio ce
 audebo, e
 catum m

exemplo suo formam precandi veris penitentibus; atque hunc sensum persequitur S. Chrysostomus.

v. 1. Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam, in veritate tua: exaudi me in tua justitia.

David corde contrito, & interno gemitu petens culpæ remissionem, ait: *Domine exaudi orationem meam* (non addit, quid petat, quia credebat Deum videre desiderium cordis) quam tu bene intelligis, quæ sit. Tum idem bis repetit. Per *veritatem* intellige fidelitatem, quâ Deus servat promissa de veniâ pœnitentibus dandâ. Per *justitiam* intellige fidelitatem, quæ est pars justitiæ, quam jam antè vocavit *veritatem*.

v. 2. Et non intres in iudicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Petiit remissionem peccati ex promissione, & fidelitate Dei, nunc addit aliud argumentum ex conditione, & fragilitate generis humani. Noli mecum iudicio contendere, neque ego resistere audebo, aut justum me dicere; sed peccatum meum confitebor: deinde nec

nem co-
ut, qui
is, dein-
omnes
ab ori-
arne, ut
ili, ex-
hristum
ne glo-
ine glo-
fideles
o tran-

do eum

David;
gratiâ,
S. Hi-

tionem
nosces,
rdiam à
Cato-
penit-
David
mplo

ego solus, sed omnis vivens cadet causâ, si tecum iudicio contendere voluerit: nam & iustus cadit septies de die.

v. 3. Quia persecutus est inimicus animam meam, humiliavit in terra vitam meam.

Tertia ratio, quam adducit ad impetrandam veniam peccatorum, sumitur ex gravitate tentationis: nec enim sponte suâ, & nullo tentante peccavit, ut Angeli reprobî, sed gravissimâ Dæmonis tentatione tum ad adulterium, tum ad homicidium. *Quia persecutus est &c. humiliavit &c.* h. e. me vilem, & contemptibilem reddidit in conspectu tuo, & S. S. Angelorum; & terræ amatorem fecit, qui antea in cælestibus conversabar.

v. 4. Collocavit me in obscuris, sicut mortuos sæculi: & anxius est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Pergit in explicatione calamitatum, quas Diabolica persecutio per peccatum adfert. Postquam enim animam humiliavit ad terram, seu terrenis cupiditatibus implicavit, *in obscuris* eam collocat, h. e. excæcat oculos mentis, ut falsa bona pro veris amplectatur; ut præcipitia

non

non adve
mò in ii
versantur
mortui,
rum ren
tenebras
tur amat
securitas
raneam
temæter
indicat,
dere ten
mæ ad
consecu
terrore
in quem
me turba
que hoc
v. 5
meditati
in factis
Doce
solitare e
viam ob
lapsum.
tuam, e
nostris

non advertat; ut viam vitæ non videat: imò in iis tenebris collocat, in quibus versantur à sæculo, seu jam dudum mortui, in quibus ne vestigium oculorum remanet. Quâ phrasi amplificat tenebras spirituales, in quibus versantur amatores Mundi: & quæ major obscuritas mentis, quàm propter momentaneam voluptatem contemnere felicitatem æternam? Sequitur, *Et anxius* &c.: indicat, se ex divino lumine cœpisse videre tenebras suas, & abjectionem animæ ad res terrenas diligendas; & inde consecutam esse anxietatem spiritûs ex terrore Divini iudicii, & ex misero statu, in quem cecidit propter peccatum: *in me turbatum* &c. idem aliter repetit. Atque hoc est initium pœnitentiæ.

ψ. 5. *Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar.*

Docet, unde ex tantâ anxietate respirare cœperit, & nobis exemplo suo viam ostendit ad respirationem post lapsum. Recogitare cœpi misericordiam tuam, quam ab initio Mundi Patribus nostris exhibuisti, portans infirmitates
 G 3 eorum,

ad det car
e volue
de die.
icus ani
vitam
ad im
umitur
n spon
vit, ut
Dæmo
tum
est &c.
& con
tu tuo,
torem
rsabar.
, sicut
per me
meum.
atum,
catum
humid
iditari
allocat,
a bona
ecipia
nos

corum, sanans languores, & parcens peccatis. Nec solùm obiter memor fui, sed diligenter consideravi omnia opera tua, sive gratiæ, sive naturæ, & in omnibus misericordiam eminere vidi. *Et in factis &c. idem repetit.*

¶ 6. *Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.*

Spe conceptâ ex consideratione misericordiæ Dei, ad eum aspicere, & suspirare incipit. *Expandi manus meas in oratione ad te:* quia anima mea ita fitit gratiam tuam, ut terra arida pluviam. Sicut terra sine aquâ nec consistentiam habet, nec vestitur herbis, nec ornatur floribus, nec producit fructus; sed est inanis, & vacua: sic anima sine Dei gratiâ nec resistit tentationi, sed sicut pulvis jactatur à facie venti: nec vestem habet gratiæ, nec ornatum sapientiæ, nec fructus bonorum operum: quod totum intelligit pœnitens experimento suo, & ideo magis fitit, quia melius cognoscit.

¶ 7. *Velociter exaudi me Domine, defecit spiritus meus.*

Agnita

Agnita
 quum gra
 ut non p
 nis. Ne
 dmem m
 meum,
 spiritum
 pro præ
 penitent
 remedia
 ¶ 8
 Et simili
 Ide
 recon
 euntibu
 sanctissi
 Deus r
 gratiæ.
 Et hic
 & sen
 averter
 ¶ 9
 cordiam
 Ru
 tione.
 nocte
 dies g

Agnita turpitude peccati, & desiderium gratiæ urget animam pœnitentis, ut non possit ferre moras reconciliationis. Non possum diutius ferre turpitudinem meam; sana velociter languorem meum, quia in extremis ago, vix duco spiritum. Posuit præteritum, *defecit*, pro præsentis amplificandi gratiâ. Verè pœnitens non differt confessionem, & remedia peccati.

¶ 8. *Non avertas faciem tuam à me, & similis ero descendantibus in lacum.*

Idem petit aliis verbis. Ne recuses reconciliari mihi; ne fiam similis perentibus, qui descendunt in lacum profundissimum gehennæ: quibus enim Deus non ignoscit, nec donat vitam gratiæ, ii pereunt in æternum. Illud & hîc, ut sæpè aliàs, ponitur pro *quia*, & sensus est: *Non avertas &c.*; quia, si averteris, *similis ero &c.*

¶ 9. *Auditam fac mihi manè misericordiam tuam, quia in te speravi.*

Rursus ad idem redit, sed aliâ ratione. Satis diu, te irascente, fui in nocte peccati; incipiat, te miserante, dies gratiæ, & audiam in corde meo

parcens
mor fui,
ia opera
, & in
re vidi.

ad te:
ibi.

ne mi-
ere, &
us meas
mea ira
la plu-
e con-
is, nec
uctus;
na finè
sed si-
i: nec
am sa-
verum:
experi-
ia me-

Domine,
grata

vocem tuam, dicentem mihi: *Salus tua ego sum: Quia in te speravi*, h. e. gratia spei, quam jam accepi, mereatur gratiam remissionis. Licet enim peccator ex se nihil mereatur apud Deum, tamen ipsa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici, ait S. Aug. Ep. 106.

ψ. 10. *Notam fac mihi viam, in qua ambulem, quia ad te levavi animam meam.*

Acceptâ justificatione, timens, ne iterum cadat, petit sollicitè gratiam cognoscendi viam justitiæ, & per eam ambulandi; quod est signum veri pœnitentis. Illumina mentem meam, ut cognoscam viam justitiæ, in quâ ambulare debeo, ut ad te perveniam: nam ad te direxi cursum meum, & renuntians sæcularibus desideriis, te unum desidero.

ψ. 11. *Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.*

Idem petit, rogans liberari à tentationibus Diaboli, qui sæpe conatur obscurare mentem, ne videat viam justitiæ: nam concupiscentiæ à Diabolo excitatæ faciunt, ut res aliter appareant, quàm
sunt

ant, &
Eripe me
ad te confi
lumine tu
veram via
quæ sit ve
& perfect
servire, e
pium, & i
meorum,
na anima
beatitudi
expecto
ψ. 1
in terran
vivificabi
Petit
tiam peri
pertinet
ambulan
& volun
meus, se
est, per qu
dibus nost
operemur
nam, &
Tum ost

sint, & indè contingat error iudicii. *Eripe me à tentationibus inimici; quia ad te confugi, & illi renuntiavi.* Adjuva lumine tuo, ut, repulsis tentationibus, veram viam inveniam, & sic intelligam, quæ sit voluntas tua bona, beneplacens, & perfecta. Debeo, & cupio tibi uni servire, quia tu es Deus meus, principium, & finis omnium bonorum operum meorum, à quo naturam, & cetera bona animæ, & corporis accepi, à quo beatitudinem, & gloriam sempiternam exspecto.

ψ. 12. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum vivificabis me in æquitate tua.*

Petiit sapientiam, quæ ad intelligentiam pertinet; jam petit charitatem, quæ pertinet ad voluntatem: tunc enim verè ambulamus per viam iustitiæ, si scimus, & volumus bene agere. *Spiritus*, non meus, sed tuus, qui essentialiter bonus est, per quem diffunditur *charitas in cordibus nostris*, qui facit, ut velimus, & operemur; ille deducet me in viam planam, & directam, quæ est lex tua. **Tum ostendit, justificationem, quæ est**

G 5

quæ.

quædam vivificatio spiritualis, non ex meritis propriis, sed ex dono gratiæ Dei nobis contingere. Propter gloriam tuam ex gratiâ tuâ vivificabis me in iustitiâ tuâ, seu fidelitate, quâ servas promissa.

℣. 13. *Educes de tribulatione animam meam: Et in misericordia tua disperdes inimicos meos.*

℣. 14. *Et perdes omnes, qui tribulant animam meam, quoniam ego servus tuus sum.*

Concludit, prædicens salutem, & liberationem suam, & perditionem omnium inimicorum suorum: quod sine dubio implebitur in ultimo iudicio. Et quod de se David Propheta dicit, dici etiam potest de omnibus veris Dei servis, qui vel innocentiam custodierunt, vel per veram pœnitentiam ad viam iustitiæ redierunt.

PSALMUS CXLIII.

Titulus: *Psalmus David adversus Goliath.*

Argumentum: *Canitur victoria Davidis adversus Goliath, ut titulus docet: spiri-*

spirituali
Eccley
y. 1.
qui docet
gros meo
Laud
quod de
tem, la
gendo fi
armat n
quia vi
ximæ:
sue ar
tribuit.
sapien
te supe
bolum
aliter t
y.
meum,
y.
vi, qui
Do
riam d
eo soli
dia me
bonor

*spiritualiter prædicitur victoria Christi,
& Ecclesiæ adversus Diabolum.*

*v. 1. Benedictus Dominus Deus meus,
qui docet manus meas ad prælium, & di-
gitos meos ad bellum.*

Laudat Deum, & gratias illi agit, quòd dono ejus singulari vicerit gigante-
tem, lapide ex fundâ jacto rectè attingendo frontem hominis. Non ait, qui armat manus meas, sed, qui *docet* &c., quia victoria illa non roboris, sed maximæ artis fuit; nec tamen victoriam suæ arti, vel exercitationi, sed Dei dono tribuit. Sic Christus non robore, sed sapientiâ, patientiâ nempe, & humilitate superbum, & crudelem hostem Diabolum superavit. *Et digitos* &c. idem aliter reperit.

v. 2. Misericordia mea, & refugium meum, susceptor meus, & liberator meus.

v. 3. Protector meus, & in ipso speravi, qui subdit populum meum sub me.

Docet ordinem, quo Deus illi victoriam dederit, & nobis daturus sit, si in eo solùm speremus. Primò, *misericordia mea*: hæc est prima origo omnium bonorum nostrorum & omnia omnino
merita

non ex
aria Dei
gloriam
te in ju-
tas pro-

erimam
ides vri-

tribulant
us tuus

em, &
m om-
id finè
o. Et
t, dici
dei ser-
ierunt,
am ju-

us Gai

ria De-
docet:
bivi-

merita prævenit. Secundò, *Et refugium meum*: David misericorditer præventus, & vocatus, respexit ad Deum, & ad eum sperando, & invocando confugit. Tertiò, *Susceptor meus*, Deus confugientem ad se suscepit protegendum, & adjuvandum. Quartò, *liberator meus*, susceptum liberavit de captivitate, & ab imminente periculo vitæ. Quintò, *Protector meus*, liberatum, ne iterum caperetur, aut vulneraretur, protexit, & protegere pergit, dum prælium durat. Tum addit: & ego vicissim in ipso sperabo, qui fecit plus, quàm petere, aut optare potuissem: nam fecit me principem militiæ super omnem populum, & fecit, ut populus se quietè regi sinat. *Vide 1. Reg. 18. 2. 2. Reg. 5.*

Ps. 4. Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum.

Ex tot beneficiis prorumpit David in magnam admirationem, quòd tantus Deus, quo nihil majus cogitari potest, dignetur tanti facere hominem, qui ferè nihil est, ut etiam velit ab illo cognosci,
&

& amari.
ere par
innotuit,
milliavit
que ad m
bis dona
invisibiles
nem Reg
Ps. 5.
dies eius s
Expli
tempe c
quidem
bræ tra
norum
Hæc ait
tempora
Deo: ce
imagine
scendum
Christus
rem, &
Deo colle
scere det
à Dæmo
delectari
Angelos

& amari. Quid nos sentire, dicere, facere par esset, quibus Deus non solum innotuit, sed, formam servi acceptam, humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem crucis; & victoriam nobis donavit contra hostes visibiles, & invisibiles; imò evexit ad participationem Regni sui, & omnium bonorum?

¶. 5. *Homo vanitati similis factus est, dies ejus sicut umbra prætererunt.*

Explicat causam admirationis suæ, nempe quod homo sit res modica, & quidem brevi desinens esse, more umbræ transeuntis, & tamen capax sit magnorum bonorum, si à Deo impleatur. Hæc ait David de homine quoad vitam temporalem, & comparatione factam cum Deo: ceterum homo magna res est, ad imaginem Dei factus, ad Deum cognoscendum, & amandum factus; quem Christus tanti fecit. Unde sicut pulverem, & cinerem se reputare debet cum Deo collatus: ita dignitatem suam agnoscere debet, cum ei bestiales voluptates à Dæmone suggeruntur; ut dedignetur delectari voluptatibus pecorum, qui ad Angelorum æqualitatem aspirat.

¶. 6.

Et refu-
er pra-
Deum,
do con-
Deus
pregen-
libera-
capti-
o vita.
im, ne
pro-
præ-
vicif-
plus,
iffem:
super
pulus
.18.2.
in in-
repu-
David
tantus
potest,
qui ferè
gnosci,
&

¶. 6. *Domine inclina Cælos tuos, & descende: tange montes, & fumigabunt.*

¶. 7. *Fulgura coruscationes, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.*

Admiratus, quòd tanta Majestas tantam vilitatem aspicere dignetur, jam considerat superbiam, & cæcitatem multorum hominum, qui, Deo contempto, toti essent in opprimendis piis, & cumulandis terrenis bonis; unde rogat Deum, ut ostendat potentiam suam in ejusmodi homines, ut saltem timore pœnæ peccare cessent, qui amore justitiæ, & reverentiâ Conditoris bene agere nesciunt. *Domine*, ait, quandoquidem humana superbia ex beneficiis te non agnoscit, nec timet; ostende præsentiam tuam per nubes tenebrosas, per ignem de Cælo demissum, per fulgura, & tonitrua, & alia id genus, quibus homines terreri, & expavescere cogantur. *Deus inclinat Cælos*, dum demittit nubes, & densas caligines, quæ videntur partes Cæli aërei; dicitur *descendere*, quia per eos effectus præsentiam suam demonstrat, ut fecit *Exod. 19.* in monte Sina, quem simul
cale-

defecit,

et sagittas

quæ ner

quæ nihil

¶. 8.

eripe me,

manu filio

Rogar

impios,

in particu

ostende,

multis,

filiorum

terram e

Hæretic

¶. 9.

tem, &

Dicit

& oper

tum est

legem tu

tera corru

oppressio

micidia &

¶. 10.

tibi, in p

calefecit, ut totus fumigare videretur. Per *sagittas* intellige cœlestia fulmina, quæ nemo non expavescit, adversùs quæ nihil valet humana defensio.

Ps. 8. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum.


Rogaverat Deum generatim adversùs impios, & superbos, jam rogat pro se in particulari. De Cælo potentiam tuam ostende, & *eripe, & libera me de aquis multis*, h. e. ut ipse explicat, *de manu filiorum alienorum*, infidelium, qui ad literam erant Philistæi; spiritualiter sunt Hæretici, seu etiam quicumque impii.

Ps. 9. Quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis.

Dicit, filios alienos esse illos, qui ore, & opere iniqui sunt. *Quorum os locutum est vanitatem*, non veritatem, non legem tuam, non boni aliquid: & *dextera eorum* non operatur, nisi rapinas, oppressiones pauperum, adulteria, homicidia &c.

Ps. 10. Deus canticum novum cantabo tibi, in psalterio decachordo psallam tibi.

Ps. 11.



ŷ. 11. *Qui das salutem Regibus, qui redemisti David servum tuum de gladio maligno: eripe me.*

ŷ. 12. *Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem & dextera eorum dextera iniquitatis.*

Interponit duos ŷ. ŷ. quasi parenthesis, ex affectu in Deum; tum revertitur ad describendos filios alienos. Deus, peto alia multa beneficia, sed non sum oblitus acceptorum; ideo *canticum novum*, præclarum, nondum auditum, *cantabo tibi*, & simul *in psalterio decem chordarum psallam tibi*, jungens sonitum psalterii cum laudatione vocis: id autem faciam, quia *tu das salutem Regibus*, ut paulò antè dedisti Sauli Regi per ministerium meum, & *tu redemisti me Davidem servum tuum de gladio* injusto Gigantis Goliath: tu igitur, sicut hactenus fecisti, *eripe me*. Erue, inquam, me de manu filiorum alienorum, qui & verbo, & opere scelestissimi sunt.

ŷ. 13. *Quorum filii sicut novellæ plantationes in juventute sua.*

Describit filios alienos ab affectu, & opinione ipsorum: Qui scilicet non sectantur,

sectantur,
inter prin
em se fe
in juven
bonibus
videt, si
illimè su
ŷ. 14.
ornata, u
Secur
est, si fili
ut facile
Illud, ut
care orn
pura, by
ŷ. 15
eructantia
Terti
tuarua ite
aliarumc
ut neces
copiam r
ŷ. 16.
in egressib
Quar
foecundæ
tur, cum

lectantur, nisi humanas felicitates, quas inter primo loco ponunt filios: tunc enim se felices putant, si filii eorum sunt in juventute suâ similes novellis plantationibus arborum, h. e. bene radicati, virides, florentes, ut spes sit, eos diutissimè supervicturos.

§. 14. *Filiæ eorum compositiæ circumornatæ, ut similitudo templi.*

Secunda eorum felicitas temporalis est, si filiæ sint formosæ, & ornatæ, ut facilè viros inveniant, quibus nubant. Illud, *ut similitudo templi*, viderur significare ornatum tabernaculi, ut sunt purpura, byssus, aurum, gemmæ &c.

§. 15. *Promptuaria eorum plena; eructantia ex hoc in illud.*

Tertia eorum felicitas est, si promptuaria ita plena sint variarum frugum, aliarumque rerum ad hujus vitæ usum, ut necesse sit ex uno in aliud exonerare copiam rerum.

§. 16. *Oves eorum fetosæ abundantes in egressibus suis: boves eorum crassæ.*

Quarta eorum felicitas sunt oves fœcundæ, quæque plurimæ conspiciantur, cùm egrediuntur ad pascua: & si-

H

mut

mul cum gregibus ovium armenta
bom, & quidem pinguium.

ψ. 17. *Non est ruina maceriae, neque
transitus, neque clamor in plateis eorum.*

Ultima felicitas, si domus, & pa-
latia ruinam nullam minentur, sed ipsæ
etiam maceriae, quæ ex vili maceriâ eri-
guntur, integræ maneat: & nullus fit
tumultus, concursatio tumultuantium,
nec clamor in plateis eorum, sed om-
nia tranquilla, & pacata.

ψ. 18. *Beatum dixerunt populum cui
hæc sunt: beatus populus cujus Dominus
Deus ejus.*

Concludit, referendo ex sententiâ
filiorum alienorum, beatum esse popu-
lum, cui hæc sunt, quæ paulò antè de-
scripsimus: sed ex propriâ sententiâ di-
cit, beatum esse populum, qui habet
pro Deo verum Deum. Interim nota,
differentiam inter filios Dei, & filios
alienos non consistere in copiâ, vel ino-
piâ rerum temporalium, cùm etiam di-
vites pii esse possint, & pauperes impii,
sed in affectione: qui bona temporalia
tanti faciunt, ut præ illis contemnant
æterna, vel ut malint Deum offendere,
quàm

am illor
one fun
parva
ma
verè
eriam in
tionem
atum, r
Dei.

PS.

Titulus:

Græcè
de sensus
, & di
de ritulun

Argum
scilicet p
tur tum
operibus e
tus, tum
perfectis
abimus alp
a commo

quàm illorum jacturam facere, filii gehennæ sunt. Qui verò bona temporalia, parva bona, & jacturam eorum, parva mala esse dicunt, ut revera sunt; contrà verò gratiam Dei, & Cælestem patriam in maximis bonis reponunt, & offensionem Dei, ac vitæ æternæ detrimentum, mala gravissima putant, sunt filii Dei.

PSALMUS CXLIV.

Titulus: *Laudatio David.*

Græcè legitur, Laudatio ipsi David; unde sensus tituli est, Laudatio Dei in spirata, & dictata à Spiritu S. ipsi Davidi. Vide titulum Psalmi 3.

Argumentum Psalmi patet ex titulo; est scilicet perpetua Laudatio Dei, quæ sumitur tum ab ipsâ Dei magnitudine, tum ab operibus ejus, tum à qualitatibus Regni ipsius, tum à virtutibus Regis, quæ in ipso perfectissimè inveniuntur. Est autem Psalmus alphabeticus, ut faciliùs memorie commendetur, & delectabiliùs canatur.

armenta
ria, neque
est eorum.
is, & pa-
sed ipse
aceria eri-
nullus fit
ruantium,
sed om-
pulum cui
Dominus
sententiâ
ste popu-
antè de-
rentiâ di-
qui habet
rim nota,
& filios
vel ino-
etiam di-
es impij,
mportalia
ntemnat
ffendere,
quam

Aleph. *v. 1. Exaltabo te Deus meus Rex, & benedicam nomini tuo in seculum, & in seculum seculi.*

Beth. *v. 2. Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in seculum, & in seculum seculi.*

Docet, quid in hoc Psalmo canere proposuerit. Celebrabo te versibus meis, ut tu; qui es altissimus, altissimus etiam habearis, & prædiceris ab hominibus. Vocat Deum *Regem suum*, vel ut ostendat se Regem esse sub Rege Deo, qui omnes regit, & à nullo regitur; vel quia Deum celebrare intendit ob ea præcipuè attributa, vel opera, quæ illi conveniunt, ut Rex est, & Gubernator rerum omnium. Insuper addit, laudationem hanc fore perpetuam, ita ut hic incipiat, & perseveret per successiones hominum canentium hos Psalmos usque ad finem Mundi, & deinde in Cælo nunquam deficiat. Illud, *per singulos dies*, significat, dum vivam, sive in prosperis, sive in adversis &c.

Gimel. *v. 3. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non est finis.*

Quatuor

Quatuor
nis, latitu
profundum.
magnitudi
magna q
enta; que
quoad
quoad pro
sensibilis:
est; est eni
ordinem, q
no Angele
olum; qu
us atern
stem, qui
tissimâ re
quia non f
regit, &
cogitatione
am recon
non penetr
valde laudab
fuis, quia è
sublimitas,
Daleth.
tio laudabit
pronuntiabu

Quatuor sunt quasi partes magnitudinis, *latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum.* Igitur incipit laudare Deum à magnitudine vel essentiæ Divinæ, quæ est magna quoad latitudinem, quia immensa; quoad longitudinem, quia æterna; quoad sublimitatem, quia altissima; quoad profunditatem, quia incomprehensibilis: vel *ψ.* intellige de Deo, ut Rex est: est enim *Rex magnus*, quoad latitudinem, quia omnia serviunt ei à summo Angelo usque ad ultimum vermiculum; quoad longitudinem, quia Regni ejus æterna duratio est; quoad sublimitatem, quia potestate summâ, & absolutissimâ regnat; quoad profunditatem, quia non solum corpora, sed & corda regit, & moderatur intimas omnium cogitationes, & affectiones, & nihil est tam reconditum, quò virga Regni ejus non penetret. *Magnus ergo Dominus, & valde laudabilis, & magnitudinis ejus non est finis*, quia & latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum infinita sunt.

Daleth. *ψ. 4.* *Generatio, & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronuntiabunt.*

H 3

Ab

Quatuor

Ab essentiâ Dei magni Regis, quæ investigari non potest, transit ad opera ipsius mirabilia, ex quibus potentia ejus intelligi potest. Ego solus non sufficio laudare, sed omnes generationes *laudabunt* opera tua, quia nunquam deerunt, qui ea considerabunt, & indè potentiam tuam, quæ in illis relucet, assiduè prædicabunt.

He. v. 5. *Magnificentiam gloriae sanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt.*

Dixit in genere de operibus Dei mirabilia, jam tria eorum genera distinguit, *gloriosa, terribilia, amabilia*. Ad prima pertinent Cæli superiores, Sol, Luna, Stellæ &c.; de his ait: omnes generationes laudabunt excellentiam gloriosi hujus operis, & mirabilia, quæ in eo sunt, ut varietas, multitudo, splendor &c. *Sanctitas* hebraicè Majestas, Magnitudo.

Vau. v. 6. *Et virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt.*

Dicit nunc de terribilibus: Robur, & potentiam terribilium flagellorum, quibus

quibus it
cent, &
que mar
combusti
bitus te
motus te
aquarum
gella.

Zain.
sanctitatis
excultabun

Terti
et miser
cum ma
pertinet.
abundant
miserico
rati men
ipsi exult
missa be
innumera
tot rebus
pertinent
tio, Resu
sio Spiritu
ficatio Et
promissio

quibus impios castigare solitus es, dicent, & ex iis *magnitudinem* potentiae tuae *enarrabunt*. Huc pertinet Diluvium, combustio Sodomæ, plagæ Ægypti, hiatus terræ ad absorbendos seditiosos; motus terræ, pestis, fulmina, eluvies aquarum, tempestates, & alia Dei flagella.

Zain. v. 7. *Memoriam abundantiae suavitatis tuae eructabunt, & justitia tua exultabunt.*

Tertium genus operum Dei, quod ad misericordiam pertinet, pluribus, & cum majori gratiâ explicat, quia ad pios pertinet. Omnes generationes repletæ abundantia suavitatis, benignitatis, & misericordiae tuae, mandabunt posteritati memoriam tot beneficiorum; imò ipsi *exultabunt* ob fidelitatem, quâ promissa beneficia præstitisti. Ut taceam innumeras consolationes, quas Deus in tot rebus creatis homini concedit; huc pertinent dona gratiæ, Incarnatio, Passio, Resurrectio, Ascensio Christi, missio Spiritûs S., Vocatio Gentium, ædificatio Ecclesiæ, justificatio impiorum, promissio Regni Cælestis &c. Quæ



omnia cùm suavi meditatione quasi comeduntur, mirum non est, si ex tantâ plenitudine pii omnes eructent memoriam abundantiaë suavitatis Dei.

Chet. v. 8. *Miserator, & misericors Dominus, patiens, & multum misericors.*

Teth. v. 9. *Suavis Dominus universis, & miserationes ejus super omnia opera ejus.*

Ipse David jam primus eructat, & prædicat. *Misericors Dominus, quia tollit miseras, creando, gubernando, justificando, glorificando; Miserator, hebraicè, paterno affectu misericors; Patiens, perseveranter misericors, longanimis in tolerando impio, & expectando ad patientiam: & hæc misericordia non exigua, sed copiosissima est: nam suavis est omnibus, putà sanum palatum habentibus; imò misericordia ejus extenditur in omnia opera ejus, cùm nullum sit opus Dei, in quo misericordia ejus locum non habeat.*

Jod. v. 10. *Consteantur tibi Domine omnia opera tua, & Sancti tui benedicant tibi.*

Cap.

Cap
tinent, &
Lam
filiis bon
riam ma
Men
vum om
tua in on
Ceci
lia, & a
te opere
davi: o
pulcra
Dei, u
Dein tr
ra tua,
neratio
verum
dicam,
bus tui
cant tibi
Regni t
quentur
telligere
& comp
rò glor
in mult

Caph. *ψ. 11. Gloriam Regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur.*

Larned. *ψ. 12. Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ Regni tui.*

Mem. *ψ. 13. Regnum tuum, Regnum omnium sæculorum, & Dominatio tua in omni generatione, & generationem.*

Cecinit opera Dei gloriosa, terribilia, & amabilia, & concludit: Laudent te opera tua, de quibus hætenus te laudavi: opera enim opificem laudant, si pulcra sint, & bona, qualia sunt opera Dei, ut nihil eis addi, vel minui possit. Dein transit ad qualitatem Regni. Opera tua, quæ patent oculis omnium, generatio, & generatio laudabit, *ψ. 4.* verum qualitatem Regni, de quâ nunc dicam, cum eam Spiritus S. solis fidelibus tuis revelet, ideo *Sancti tui benedicant tibi*, laudent te: in quo? Gloria Regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur; ut faciant filios hominum intelligere, Regna sua terrena nihil esse, si comparentur ad Regnum Dei. Porro gloria, seu potentia Regni consistit in multitudine subditorum, & in mag-

H 5

nitudine

Caph.

nitudine opum, unde subditi sustentari
 possunt. Est autem quadruplex diffe-
 rentia inter Regnum hominum, & Dei.
 Primò homines Reges habent subditos
 paucos, & sui Regni opes, h. e. tenuis-
 simas; Dei subditi sunt omnes Angeli,
 omnes homines, omnes Dæmones;
 ejus opes sunt, quidquid in Cælo est,
 & terrâ, & mari. Secundò Reges homi-
 nes sic dominantur subditis, ut etiam illis
 serviant, quia pendent ab illis, & sinè
 illis nihil possunt; & pariter sic abun-
 dant opibus, ut semper egeant, nam
 exigunt vectigalia, tributa, & ut pluri-
 mùm gravati sunt ære alieno: Deus do-
 minatur omnibus, servit nemini, nul-
 lius operæ indigus: abundat opibus
 sinè ullâ inopiâ, quia potest in momen-
 to producere ex nihilo multò plura,
 quàm habeat. Tertiò Reges homines
 gaudent honore, & dignitate suâ; sed
 anguntur assiduâ sollicitudine, & for-
 midine, ut ideo fuerint, qui sponte
 imperium deposuerint: Deus nullâ pre-
 mitur sollicitudine, nullo metu, sed
 cum tranquillitate, & securitate regnat.
 Quartò Reges homines brevi tempore
 regnant:

regna
 saculo
 N
 omni
 bus op
 T
 Deo,
 sunt.
 vitæ,
 Fidelis
 non d
 ter ob
 impo
 re su
 S
 omnes
 Al
 miser
 idem
 corru
 rueru
 susten
 proxim
 cadant
 men
 erigere
 tione

regnant: *Regnum Dei Regnum omnium
seculorum &c.*

Nun. v. 14. *Fidelis Dominus in
omnibus verbis suis, & Sanctus in omni-
bus operibus suis.*

Transit ad virtutes Regias, quæ in
Deo, & Christo homine perfectissimæ
sunt. Prima virtus Regia est probitas
vitæ, & præcipuè veracitas in verbis.
Fidelis Dominus, verax, non mendax,
non decipiens, promissa omnia constan-
ter observans: & *Sanctus*, innocens,
impollutus, immaculatus in omni ope-
re suo.

Samech. v. 15. *Allevat Dominus
omnes, qui corruunt, & erigit omnes elisos.*

Altera virtus Regia, & Pastoralis est
misericordia: nam Regis, & Pastoris
idem est officium, regere subditos, ne
corruant, & erigere eos, qui fortè cor-
ruerunt. Illud, *allevat*, in Hebræo est,
sustentat omnes, ne corruant, cum in
proximo sint, ut cadant. Licet plures
cadant, etiam spiritualiter, dicitur ta-
men Deus *omnes allevare, ne cadant, &
erigere elisos*, quia quicumque in tenta-
tione non cadunt, Deo juvante non ca-
dunt;

ei sustentari
plex diffi-
m, & Dei,
ut subditos
e. tenuis-
es Angeli,
Demones;
Cælo est,
eges homi-
eriam illis
, & sine
sic abun-
ant, nam
ut pluri-
Deus do-
mini, nul-
t opibus
momen-
d plura,
homines
sua; sed
& for-
i sponte
nulla pre-
ectu, sed
re regnat
i tempore
egnant.

dunt; & qui ex casu resurgunt, Deo erigente resurgunt; qui autem ex casu non resurgunt, ex se habent, non ex Deo, ut cadant, vel non resurgant; & manet vera sententia Osee C. 13.: *Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum.*

Ain. V. 16. *Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno.*

Phe. V. 17. *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.*

Tertia virtus Regia liberalitas est: nec enim Rex variis artibus expilare subditos debet, sed alere ut filios, sic tamen, ut tempore suo comedant, non totos dies in comestationibus consumant. *Oculi omnium viventium ad te respiciunt, sperantes à te cibum, ut inde alantur, & vivant: & tu per creaturas tibi subjectas, terram, Solem, pluvias, producis fructus copiosos in escam omnium viventium. Illud, in tempore opportuno variis habet sensus, primò: dum tempus opportunum est, quia non semper debent comedere: secundò, quando necesse habes, dum esuris, eges:*
 tertio,


tertio,
 enim a
 immitte
 sicut n
 abstinet
 omnes
 per terr
 ex terr
 mam
 Dei lib
 num &
 Aperis
 largà,
 ples,
 solum
 benedict
 quo se
 9. Ut
 h. e. l
 T.
 omnib
 operib
 Qu
 ad pac
 ria est
 bus su
 exit al

tertiò, dum æquum est: aliquando enim æquum est tolli, propter peccata immittendo sterilitates, & penuriam; sicut medici præscribunt cibi inediam, abstinentiam vini: quartò, quia non omnes fructus dat omni tempore, sed per temporum varietates varios fructus ex terrâ producit. Ut verò scias, primam causam omnium bonorum esse Dei liberalitatem, addit: *Aperis tu manum* &c. qui *ÿ*. totus liberalitatem sonat: *Aperis manum*, non strictâ manu, sed largâ, apertâ, summâ liberalitate: *imple*, abundè satias: *Omne animal*, non solùm hominem, sed omnia animalia: *benedictione*, h. e. abundantî refectione, quo sensu vocem accipit S. Paul. 2. Cor. 9. *Ut benedictionem, non ut avaritiam*, h. e. largam eleemosynam.

Tsadich. *ÿ*. 18. *Iustus Dominus in omnibus viis suis, & Sanctus in omnibus operibus suis.*

Quarta virtus Regia est justitia, quæ ad pacem, & quietem populi necessaria est. Dominus in omnibus actionibus suis externis, quibus quodammodo exit ab interno conclavi suo ad nos, justissimus

unt, Deo
ex casu
non ex
elurgant;
C. 13.:
modo in
in te spe-
lorum in
ruam,
e.
iras est:
expilare
lios, sic
medant,
us con-
m ad te
a, ut in-
creatu-
n, plu-
s in ef-
in tem-
as, pri-
est, quia
secundò,
ris, egre:
tertiò,



stissimus est: tribuit enim omnibus,
quod illis debetur; & hoc idem repetit:
Et Sanctus in omnibus &c.

Còph. v. 19. *Propè est Dominus
omnibus invocantibus eum, omnibus invo-
cantibus eum in veritate.*

Quinta virtus Regia est facilem se
exhibere omnibus accedentibus, &
opem implorantibus. Hoc mirificè
præstat Deus noster, qui licèt excelsior
Cælo sit, tamen appropinquat facile
omnibus invocantibus eum; nec ulli au-
dientiam negat. Illud, *in veritate*, in-
cludit omnes conditiones bonæ orationis:
ut fiat cum verâ fide, spe, fiduciâ, se-
rio animo, cum charitate, saltem in-
choatâ, cum affectu, & desiderio con-
sequendi, quod petitur; non voce tan-
tùm, sed mente, & cum attentione.

Res. v. 20. *Voluntatem timentium
se faciet, & deprecationem eorum exaudiet,
& salvos faciet eos.*

Sexta virtus Regia est benignitas,
quâ non solùm facile admittitur subdi-
tus ad audientiam; sed & benignè con-
ceditur, quod petitur, modò tale sit,
quod deceat Regem concedere. Auditâ
oratione

ratione
ddit, ti
Deus
ficiunt v
sacro n
quidlibet
gratiam D
Scin.
es diligen
eridet.
Ultim
ia Regi
istos,
pprima
ultis noc
quantum
imit justo
custodit e
gratiâ suâ
Martyres
tantiam
bus, ut a
tur, & pa
nosum.
vel conve
erunt am
permanet

oratione præstabit, quod ipsi volunt. Addit, *timentium se*: quia justum est, ut Deus faciat voluntatem eorum, qui faciunt voluntatem ipsius, & timore sancto metuunt offendere Deum, & quidlibet potius amittere volunt, quam gratiam Dei.

Scin. v. 21. *Custodit Dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores dissipet.*

Ultima virtus, sed maximè necessaria Regi est providentia, quâ protegit justos, ne à multitudine peccatorum opprimantur; & peccatores dissipat, ne justis noceant; aut non tantùm noceant, quantum vellent. Si Deus aliquando finit justos ab impiis multa pati; tamen custodit eos, ne passio illis noceat, imò gratiâ suâ facit, ut multum proficit. S.S. Martyres custodit, tribuendo illis constantiam in fide, patientiam in doloribus, ut animæ gloriam mox adipiscantur, & paulò post recipiant corpus gloriosum. Quod ad peccatores pertinet, vel convertentur ad justitiam; & non erunt ampliùs peccatores; vel injusti permanebunt usque ad finem, & destrudentur

mibus,
repetit:

Dominus
us invo-

lem se
is, &

mirificè
recessor

facile

illi au-

te, in-

ationis:

là, se-

m in-

con-

e tan-

me.

entium
audiet,

pnitas,
subdi-

è con-
ale fir,
Audiri
ione

trudentur ad gehennam, ut ad justos nunquam possint appropinquare; unde verum est: *Omnes peccatores disperdet.*

Thau. *Ps. 22. Laudationem Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini sancto ejus in sæculum, & in sæculum sæculi.*

Concludit, jungens finem cum principio. Propter hæc omnia, quæ dixi de magnitudine Dei, de operibus ejus, de perpetuitate Regni ejus, de virtutibus Regiis, quæ in ipso perfectissimæ, & absolutissimæ inveniuntur, *Laudationem* ejus semper loquetur os meum; nec solùm ego laudare cupio, sed opto, ut *omnis caro*, omnis homo, omne, quod spirat, & vivit, nomen Domini semper laudet.

PSALMUS CXLV.

Titulus: *Alkeluja, Aggæi, & Zachariæ.*

Hæc verba, Aggæi, & Zachariæ, quæ carent soli codices Hebraici, à Septuaginta addita esse, docet S. Hilar. quia duo illi Prophetæ prædixerunt renovationem Jerusalem; & captivos consolabantur, &

borta-

portabant
 sam civit
 Argum
 duo sequen
 unt, & i
 hm: & q
 peregrinos
 verene, qu
 rerum Pr
 cissimis ve
 nientis ma
 luciam n
 Ps. 1.
 audabo L
 Deo meo,
 Incipit
 homo ani
 mere in la
 nimam si
 beata esse
 to reficia
 inquit hon
 Dominum.
 bo &c. h.
 Aug., tunc
 vitam viva
 vandum

hortabantur ad reditum in patriam, & ad ipsam civitatem instaurandam.

Argumentum : hic Psalmus, uti & duo sequentes, Caelestem Jerusalem praedicant, & invitant ad iter ad eam suscipiendum : & quia nihil est, quod magis retardet peregrinos ab itinere, quam spes felicitatis terrena, quae ab amicitia, & obsequio magnorum Principum dependet, hortatur gravissimis verbis, ut in nullo homine, quantumvis magno, spem ponamus, sed totam fiduciam nostram in Domino collocemus.

Ps. 1. *Lauda anima mea Dominum : laudabo Dominum in vita mea ; psallam Deo meo, quamdiu fuero.*

Incipit per dialogum. Peregrinus homo animadvertens carnem suam gemere in labore peregrinationis, hortatur animam suam, ut ipsa saltem, quae spe beata esse coepit, Deum laudet, & canendo reficiat totum hominem. *Lauda*, inquit homo ad animam suam, *anima mea Dominum.* Responderet anima : *Laudabo &c. h. e. ut exponunt S. S. Hilar. & Aug., tunc verè laudabo, quando veram vitam vivam : nunc enim gemendum, & orandum potius, quam canendum, &*

I

lau-

ad justos
pare; unde
disperdet.

em Domini
t omnis ca-
um, & in

cum prin-
quae dixi
rtibus ejus,
le virtuti-
etissimae,

Laudatio-
os meum;
sed opto,
, omne,
a Domini

7.
& Zacha-

Zachariae,
, à Septua-
r. quia duo
novationem
bantur, &
horta-

laudandum: licet enim & nunc Deum laudemus, tamen non est hæc simplex, & plena laudatio, sed admixta lacrimis, & precibus; tunc vero erit & sola, & perpetua, & jucundissima laudatio. *Psal- lam Deo* &c. idem repetit: cum ad vitam æternam pervenero, ab omnibus negotiis liber *Pfallam Deo meo*, & sicut semper ero sine timore moriendi, ita semper psallam sine periculo deficiendi.

¶ 2. *Nolite confidere in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus.*

Videt S. Propheta, multos retardari ab itinere ad salutem, quia mirantur Præfecturas humanas, Principatus, Regna, quasi possent, qui ea possident, beatos facere, quos volunt; & miseratus cæcitatem ipsorum, exclamat: Nolite confidere in Principibus, qui sunt *fili hominum*: quia salvare non possunt alios, nec ipsi salvi sunt, sed salvandi cum ceteris, si digni erunt.

¶ 3. *Exibit spiritus ejus, & revertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.*

Jam probat, non esse salutem in filiis hominum. Nam velit, nolit, etiam in

arce

arce munitissimâ constitutus, & exercitu armato vallatus; licet etiam orbis terrarum Monarcha fuerit, exhibit spiritus ejus ex corpore, & corpus, recedente spiritu, *in terram*, unde sumptum est, revertetur; & tunc *peribunt omnes cogitationes eorum*, qui nempe in illo spem suam posuerunt; h. e. spes irritæ concident. Illud, *in terram suam revertetur*, nullo modo referri potest ad spiritum: nam in codice Hebræo Spiritus est generis fœminini, uti & *exibit*, sed *revertetur* est generis masculini, uti & *corpus, caro*.

v. 4. *Beatus* cujus Deus Jacob, adiutor ejus: *Spes* ejus in Domino Deo ipsius, qui fecit Cælum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.

Rejectâ vanâ confidentiâ in Principibus terrenis, docet, fiduciam ponendam esse in solo Deo vero, si quis ad veram, & æternam salutem pervenire desideret. *Beatus*, spe scil., & in viâ rectâ, ac securâ ad ipsam beatitudinem in re est, qui adiutorem, & protectorem in hâc viâ habet Deum Jacob, h. e. verum Deum. Tum docet, quis habeat Deum

unc Neum
c simplex,
a lacrimis,
& sola, &
atio. Psal-
n ad vitam
bus nego-
sicut sem-
, ira sem-
ciendi.
incipiunt,
st salus.
retardari
ntur Præ-
s, Regna,
t, beatos
tus cæci-
olite con-
filii homi-
unt alios,
i cum ce-
reverte-
e peribunt
em in filius
, etiam in
arce

adjutorem: *cujus spes est in Domino Deo
ipſius: nam fecit Cælum &c.; unde po-
tentiffimus eſt, & Dominus omnium re-
rum, & omnia ei ſubjecta ſunt; ac per
hoc, qui ab eo protegitur, nihil timere
debet.*

*ſ. 5. Qui cuſtodit veritatem in ſecu-
lum, facit judicium injuriam patientibus,
dat eſcam eſurientibus.*

Nec ſolùm omnipotens eſt, & poteſt
protegere, ac juvare, ſed etiam vult, quia
juſtus, & miſericors eſt. Quia juſtus
eſt, ſemper obſervat promiſſa; promiſit
verò opem ſperantibus in ſe. Item quia
juſtus eſt, juſtè judicat cauſam, quam ha-
bent juſti contra iniquos; & iniquos pu-
nit, juſtos coronat. Quia verò miſeri-
cors eſt, per admirabiles vias providen-
tiæ ſuæ proſpicit inopiæ ſpiritali, &
corporali ſperantium in ſe.

*ſ. 6. Dominus ſolvit compeditos, Do-
minus illuminat cæcos.*

*ſ. 7 Dominus erigit eliſos, Dominus
diligit juſtos.*

Quia non ſufficit peregrinantibus
ad patriam, protegi à latronibus, & ali-
moniam reſtiti; ſed neceſſe eſt habere pe-
des

es ſolutos
corpus ſan-
compeditos
malæ, mo-
itates: &
Dominus il-
ipientiæ,
quia ex pe-
citas, ſe
no per p
qui descen-
dit in lat-
atus ſemi-
erigit eliſo-
omo per
aminatus
emignitare
ſ. 8.
illum, &
orum diſp-
Alia in
advenſante
na, qui no-
ſti hujus t
juſti, deſtitu-
rem non h
ulla re t

des solutos, oculos illuminatos, & totum corpus sanum; unde ait: *Dominus solvit compeditos à compedibus concupiscentiæ malæ, mortificans paulatim omnes cupiditates: & quia concupiscentia excæcat, Dominus illuminat cæcos, præbens lumen sapientiæ, & prudentiæ interioris: & quia ex peccato non sola cupiditas, & cæcitas, sed & infirmitas orta est, & homo per peccatum similis illi factus est, qui descendens à Jerusalem in Jericho incidit in latrones, & spoliatus, ac vulneratus semi-vivus relictus est, ideo addit, erigit elisos. Demum, diligit justos, ut homo per gratiam sanatus, solutus, & illuminatus speret perseverantiam de Dei benignitate.*

ŷ. 8. *Dominus custodit advenas, pupillum, & viduam suscipiet, & vias peccatorum disperdet.*

Aliâ metaphorâ idem docet. Per *advenas* intellige peregrinos in terrâ alienâ, qui non sunt cives Babylonis, nec filii hujus sæculi. Pupilli sunt homines justî, destituti humano præsidio, qui Patrem non habent in terris, nec confidunt in ullâ re temporali. *Vidua* dicitur Ecclesia,

clesia, cum virum suum non videat in terris, & multis injuriis, ac calamitatibus exposita sit. Hos omnes suscipiet Dominus in domum suam tempore suo: & tunc prosperitates Mundi, per quas ambulat peccatores, ut per vias latas, quæ ducunt ad perditionem, Deus in fine Mundi omnino disperdet, & destruet.

¶. 9. *Regnabit Dominus in sæcula, Deus tuus Sion in generationem, & generationem.*

Demum peregrinatione finitâ, & viis peccatorum cum ipsis peccatoribus exterminatis, adveniet Regnum Christi sempiternum. *Regnabit enim Dominus cum Sanctis suis in sæcula: regnabit, inquam, & S. Sion Deus tuus cum filiis suis in æternum.*

PSALMUS CXLVI.

Titulus: *Alleluja.*

Argumentum est exhortatio ad laudandum Deum, quia est dignissimus laude ob beneficentiam, sapientiam, potentiam, providentiam, justitiam, misericordiam.

¶. 1. *Laudate Dominum, quoniam bonus est Psalmus, Deo nostro sit jucunda, decoraque laudatio.*

Hor-

Hort
Domi
fallere
laudatio
fit etia
Majest
¶. 2
dispersio
Indi
Domi
lem, &
in locis
vid, urt
iterum
& capt
Judæos
lige hæ
Apostol
gatione
11. ¶. 5
lem, qu
ascender
ad quam
egrini, 1
byloniæ.
¶. 3.
ligat con

Hortatur Propheta omnes: Laudate Dominum, quoniam bonum est vobis psallere Deo nostro; & efficit, ut illa laudatio sit Deo jucunda, ut reverà erit, si sit etiam decora, h. e. qualis decet Dei Majestatem, pulcra, ornata virtutibus.

v. 2. Aedificans Jerusalem Dominus, dispersiones Israelis congregabit.

Indicat materiam laudis. Laudate Dominum, quia ipse aedificavit Jerusalem, & ad eam congregabit filios Israel in locis variis dispersos. Prævidit David, urbem, à Nabuchodonosor everfam, iterum sub Cyro, & Dario aedificandam, & captivitate solutà, redituros in patriam Judæos dispersos. Altiore sensu intellige hæc de aedificatione Ecclesiæ per Apostolorum prædicationem, & congregatione dispersorum filiorum Dei, Joan. 11. v. 51. & 52.: vel de supernâ Jerusalem, quæ quotidie aedificatur ut civitas, ascendentibus ad eam lapidibus vivis: ad quam congregandi sunt omnes peregrini, nunc dispersi per regiones Babylonis.

v. 3. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.

videat in
mitibus
ipiet Do-
e suo: &
quas am-
tras, quæ
in fine
struet.
cula, Deut
vationem,
â, & viis
tibus ex-
risti sem-
inus cum
inquam,
suis in

ad lau-
nus laude
otentiam,
rdiam.
oniam bo-
jucunda,
Hor-

Declarat, quomodo dispersos sit congregaturus. Judæi magnitudine calamitatum humiliati erant, & in se non amplius confidebant: hos ergo Deus sanavit, variis consolationibus illos erigendo, & lætificando; & *alligavit* contritiones eorum, dum per Cyri benevolentiam efficit, ut calamitas perfectâ liberatione finiretur. Christus cor contritum, & humiliatum sanat à morbo peccatorum, more chirurgorum colligando vulnera. Sunt autem ex S. Aug. alligamenta peccatorum, Sacramenta visibilia, per quæ Deus peccata curare solet: & sicut curatis perfectè vulneribus, alligamenta tolluntur: sic in resurrectione corporum, curatis omnibus languoribus nostris, omnia Sacramenta cessabunt.

v. 4. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.

Secundò laudandus est Deus à sapientiâ. Licet Deo non sit difficile stellas numerare, cui non fuit difficile eas creare; tamen absolutè magnum est, & multæ sapientiæ multitudinem stellarum numerare; aliàs non diceret Deus Abrahæ *Gen. 15.:* *Numerata stellas, si potes.* Illud,

¶

¶ omni
notitia
rum
¶.
magna
numera
In
potenti
natim
sapienti
non est
Deus p
¶. 6
miliar
Te
miseri
ricors
ctiones
ad Cæ
peccat
super
jaceant
¶.
psallite
In r
laudem
tur: p

Et omnibus ejus nomina vocat, significat notitiam distinctam naturæ, & proprietatum singularum stellarum.

v. 5. *Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus, & sapientiæ ejus non est numerus.*

In stellis pariter apparet virtus, seu potentia Dei, quia vocando eas nominatim dedit illis esse, & moveri. Illud, *sapientiæ ejus non est numerus*, significat, non esse numerum earum rerum, quas Deus per sapientiam suam cognoscit.

v. 6. *Suscipiens mansuetos Dominus, humilians autem peccatores usque ad terram.*

Tertiò Deus laudandus à justitiâ, & misericordiâ. Deus verè pius, & misericors humiles, & mansuetos in protectionem suam suscipit, & exaltat usque ad Cælum: & ut justus Judex superbos peccatores, qui se, cum Satanâ, exaltant super sidera, humiliat, deprimit, ut humili jaceant, viles, & abjecti vivant.

v. 7. *Præcinite Deo in confessione, psallite Deo nostro in cithara.*

In medio Psalmi antequam pergat ad laudem providentiæ Dei, iterum hortatur: præmittite confessionem laudis canendo

lit con-
calami-
on am-
s lana-
gendo,
itiones
ntiam
atione
m, &
orum,
lnera.
pec-
r quæ
cura-
ta tol-
rum,
stris,
stella-
pien-
is nu-
reare;
multæ
n nu-
brabe
Ilud,
et

nendo hymnum, & addite sonitum ci-
tharæ. Verba laudis Dei debet sequi
sonitus operum bonorum.

℣. 8. *Qui operit Cælum nubibus, &
parat terræ pluviã.*

Laudanda est providentia Dei gene-
ralis, quâ suis temporibus cogit aërem in
nubes, non ut Cælum obscuret, sed ut
pluviã necessariã terræ tribuat, sinè
quâ nihil omnino in terrâ nasceretur.
Alio sensu, Deus serenitatem prosperita-
tis subducit, ut ex tribulatione pluvia gra-
tiæ Dei per patientiam, & humilitatem
ad nos descendat.

℣. 9. *Qui producit in montibus fœnum,
& herbam servituti hominum.*

Declarat utilitatem pluvix. Non suf-
ficit pluvia, & terra, nisi Deus *producat*,
h. e. ope suâ cooperetur. Valles, &
campi per aquas fluviorum irrigari pos-
sent; sed montes vel maximè pluviis in-
digent; aliàs omnino arefcerent. Sen-
sus ℣. est: fœnum agreste nasci in mon-
tibus in pastum jumentorum, herbam au-
tem, quæ satatione, & culturâ gignitur,
produci in cibum hominum: vel, ut vult
S.

S. Chr
mentor
℣. 1
rum, &
Per
erga be
multò r
Illud, in
tant qu
cognos
dentiã
curat,
verint
℣.
tatem
rit ei.
℣.
timent
miseri
Qu
corvori
Deo n
amat D
de eã f
cet sibi
quater
ope S

S. Chrysoft., fœnum esse herbam jumentorum, ut jumenta homini serviant.

¶ 10. *Qui dat jumentis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum.*

Pergit explicare providentiam Dei erga bestias, & volatilia, ut discat homo multò magis confidere in Dei confidentiâ. Illud, *invocantibus*, significat, dum crocitant quærentes cibum, non quod Deum cognoscant, sed quia Deus est, qui providentiâ suâ illis cibum desiderantibus procurat, præsertim cùm pulli nondum noverint cibum quærere.

¶ 11. *Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.*

¶ 12. *Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia ejus.*

Quia dixerat, Deum providere pullis corvorum invocantibus eum, concludit, Deo non esse gratos superbos. Non amat Deus fortitudinem equi, quatenus de eâ superbiunt homines: nec complacet sibi Deus in tibiis robustis hominum, quatenus in illis ipsi confidunt, ut Dei ope sibi egere non videantur ad evadenda

denda

m ei
sequi

us, &

gene-
em in
sed ut
, sine
retur.
erita-
a gra-
tatem

rum,

af-
lucet,
s, &
pos-
s in-
Sen-
mon-
mau-
nitur,
e vit
S.

denda pericula: sed *beneplacitum est Deo* super humiles, & trementes ad mandata Dei, & qui non in suis viribus, sed in Dei misericordiâ totam spem suam ponunt.

PSALMUS CXLVII.

Titulus, & Argumentum: *Alleluja.*

Hortatur populum Dei ad ipsum laudandum ob multa beneficia in ipsum collata. Quæ hic dicuntur, conveniunt terrenæ Jerusalem; perfectiùs Ecclesiæ Christianæ; perfectissimè Cælesti Jerusalem.

Ps. 1. *Lauda Jerusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.*

Sion pars erat urbis nobilior, ubi templum Domini ædificatum erat; sed & sumitur pro totâ urbe. Cùm in Cælesti Jerusalem nullus sit egens, nullus miser, nec proinde aliis curis opus sit, urbs illa & totâ, & semper vacare potest laudibus Dei; rectè igitur illi dicitur: *Lauda Dominum, quæ ab omni alio negotio libera es; lauda Deum tuum, quia præ omni aliâ civitate beneficiis Domini fruëris, & præstantiam ejus intueris.*

Eccle-

Ecclesia,
dare qu
tora, ne
sæpe sol
bari nec
Ps. 2
tarum t
Rati
Deum,
abundat
rum or
vit sera
vi expu
Securi
boni ex
nullus
tam m
vina ce
Sed hæ
sti Jeru
& bene
Ecclesia
modo c
dis: na
adversu
ma: se
trant u

Ecclesia, quæ peregrinatur in terris, laudare quidem Dominum debet, sed nec tota, nec semper id facere potest, cum sæpe sollicita esse, & circa plurima turbari necesse habeat.

¶. 2. Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te.

Ratio, cur debeat Jerusalem laudare Deum, est, quia dedit illi securitatem, & abundantiam, in quibus summa bonorum omnium consistit. Deus confortavit seras portarum Jerusalem, ut nullâ vi expugnari possint, & qui intus sunt, securi sint, quia nihil mali intrabit, nihil boni exibat: nullus admittetur inimicus, nullus excludetur amicus: atque in hanc tam munitam civitatem benedictio divina copiam omnium bonorum intulit. Sed hæc duo perfectè conveniunt cælesti Jerusalem, ubi securitas est æternitas, & benedictio est fruitio summi boni. Ecclesiæ peregrinanti in terris ista suo modo conveniunt, sed non omnibus modis: nam *portæ inferi non prævalebunt adversus eam*, nec desunt ei bona plurima: sed interim tamen multi in eam intrant mali, multi ex eâ deficient boni:

paleas

paleas cum tritico, pisces malos cum bonis, hædos cum agnis admixtos habet. Demum conveniunt illa terrenæ Jerusalem, sed valde imperfectè: nam in montibus sita, & montes in circuitu habens, satis munita videri poterat; & plena populo, atque opibus aliquando fuit: sed tamen non semel everfa, & succensa satis ostendit, non de illâ potissimum intelligendum esse, quod hic dicitur: *Confortavit seras portarum tuarum.*

¶ 3. *Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.*

Nec solùm munitissima est civitas S. Jerusalem, sed etiam immunis à bellorum periculis, unde & nomen habet *Jerusalem*, h. e. *visio pacis*. *Qui posuit*, diffudit pacem per universam regionem tuam usque ad ultimos ejus fines. *Nec solùm* hæc civitas abundat copiâ bonorum, sed habet bona optima, & ipsam medullam bonorum. *Illud, adipe frumenti*, significat excellentiam ciborum, & illud, *satiat te*, ubertatem maximam. In Cælo pax summa erit Sanctorum inter se, & cum Deo: cibus animæ erit veritas, & sapientia, non in figuris, & ænigmati-

matibus,
vel Scrip
fariabunt
nant in
nante ha
mal ia
Cam orn
pacem h
medio ec
inde for
desunt.

non sine
Dei habe
nem Ve
corrice
birius,
& aded
beatitud
Multo r
Jerusale
rum, qu
guris.

¶ 4.
velociter
Hort
ut Deum
stius; nu

matibus, nec sub cortice Sacramenti, vel Scripturarum, sed in se ipsis; & ita satiabuntur, ut non esuriant, neque fiant in æternum. In Ecclesiâ peregrinante habemus pacem ad Deum, sed simul in Mundo pressuram sustinemus. Cum omnibus, quantum in nobis est, pacem habere curamus, sed versamur in medio eorum, qui oderunt pacem: proinde *foris pugnæ, intus timores* nunquam defunt. Adipe frumenti pascimur, sed non sinè variis integumentis: Verbum Dei habemus, sed in carne, & ipsam carnem Verbi verè manducamus, sed sub cortice Sacramenti. Aquas sapientiæ bibimus, sed ex stillicidio Scripturarum; & aded non satiamur his bonis, ut nostra beatitudo interim sit esurire, & sitire. Multò minus ista conveniebant terrenæ Jerusalem, antiquæ Synagogæ Judæorum, quibus omnia contingebant in figuris.

v. 4. Qui emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo ejus.

Hortatus est Propheta S. civitatem, ut Deum laudet pro beneficiis sibi præstitis; nunc hortatur, ut laudet etiam
 pro

cum
habet.
erusa-
mon-
bens,
a po-
sed
a satis
ntelli-
vfor-
:
ras S.
ello-
Je-
dif-
nem
Nee
ono-
iam
firu-
um,
nam.
intet
veri-
enig-
ti-

pro beneficiis præstitis aliis nationibus, ex quibus cognoscet, quantò majora dona sibi, quàm aliis concesserit Deus. Laudate Deum, cujus præcepta, & decreta celerrimè deferuntur ad omnes res creatas, mox penetrant omnia, & executioni mandantur. Significat ordinem providentiæ Divinæ, qui se ad omnia extendit, idque summâ velocitate, quasi velocissimè accurrisset: nec enim necesse est sermonem Dei propriè moveri, cùm ubique præsens sit.

Ps. 5. *Qui dat nivem, sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit.*

Ps. 6. *Mittit crystallum suam sicut buccellas, ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?*

Ab universali providentiâ descendit ad effectum unum particularem, frigus scilicet, & calorem aeris, qui etsi sensu percipitur, & omnibus notissimus est, in eo tamen apparet mirabilis potentia, & sapientia Dei, quam etiam meritò laudare debeant ii, qui in supernâ Jerusalem extra, vel supra mutationes temporum degunt. Aliquando tanta nivium, pruinae, & glaciei copia repente existit,

ut

ut laus,
gelentur
super la
cùm ea
rumpi e
cet, ver
ris suis
glacies
& mari
domoru
defluunt
Deus ri
vitate c
mus:
quand
nivis vi
do-ita
vium n
sed erit
imitent
cinerem
nam cal
spargere
hebraicè
sa est, u
stat, et
fragme

ut laus, & flumina, & ipsa maria congelentur, adeò ut plaustra bene onusta super lacus, & flumina ducantur. Et cum ea glacies ferreis ligonibus vix dirumpi queat; Deus tamen, cum ipsi placeat, ventum calidum repente ex thesauris suis advocat, & dicto citius solvitur glacies omnium fluminum, & lacuum, & marium simul, & ubique ex tectis domorum, ex montibus, & collibus defluunt aquæ. Ita ferè in momento Deus rigorem frigoris cum caloris suavitate commutat. Nunc verba explicemus: *Qui dat nivem, sicut lanam*: aliquando ita tenuiter ningit, ut frustula nivis videantur similia atomis; aliquando ita granditer ningit, ut frusta nivium non tantum candore, & levitate, sed etiam magnitudine lanarum floccos imitentur. *Nebulam*, seu pruinam *sicut cinerem spargit*, h. e. tantâ densitate pruinam caliginosam diffundit, ut cinerem spargere videatur. *Mittit ChrySTALLUM*: hebraicè glaciem &c., h. e. jussu suo causa est, ut glacies frigidissima in terrâ existat, cujus fragmenta habent figuram fragmentorum panis. **Demum admiratur**

K

tur

tur frigoris vehementiam: *ante faciem*, ad præsentiam tanti frigoris quis sustinere poterit? quis non congelabitur, & peribit?

¶. 7. *Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus ejus, & fluent aquæ.*

Nunc describit, quanta facilitate Deus faciat nivem, pruina, & glaciem recedere. Jubebit Deus, & mox liquefcent nix, pruina, & glacies, & continuò frigus remitteretur. Subjungit modum, quo id faciat Deus: jubente Deo, surget ventus australis, perflabit undique aerem, & nix, pruina, & glacies solventur in aquas.

¶. 8. *Qui annuntiat verbum suum Jacob, justitias, & judicia sua Israel.*

¶. 9. *Non fecit taliter omni nationi, & judicia sua non manifestavit eis.*

Concludit, ostendens, quantum inter providentiam Dei erga populum suum, & alias nationes: has docuit per effecta naturæ, ut ex rebus creatis agnoscerent Creatorem. Sed populum suum Jacob ipse docuit per Prophetas suos, Moysem, & alios; Deus Moyfi legem dedit, ut eam traderet populo

pulo su
quia no
tibi soli
vit. H
quæ rec
per Ap
multò s
judicia
antunt C
coram
ipso Ve
Jerusale
fationem
næ, qu

T
italu
Trea
lent; &
res creat
omnes ca
ut propte
cepta De
mandat
dent per
¶. 1.
laudate et

pulo suo Israel; & ex hoc intelliges, quia non fecit taliter omni nationi, quia tibi soli, non aliis leges suas manifestavit. Hæc magis conveniunt Ecclesiæ, quæ recepit ipsum Verbum incarnatum per Apostolorum prædicationem, & multò sublimiorem legem, justitias, & judicia didicit: sed perfectissimè conveniunt Cælesti Jerusalem, cui Deus ipse coram annuntiat Verbum suum, & in ipso Verbo vident omnes habitatores Jerusalem judicia Dei, ordinem, ac dispositionem, & rationes providentiæ Divinæ, quæ nobis sunt abyssus multa.

PSALMUS CXLVIII.

Titulus, & Argumentum: *Alleluja.*

Tres ultimi Psalmi hunc titulum habent; & quidem Psalmus hic invitatur omnes res creatas quasi ad chorum, ut suo modo omnes canant: Sequens invitatur homines, ut propter plura, & majora beneficia accepta Deum laudent: Ultimus præterea mandat hominibus, ut etiam Deum laudent per omnia instrumenta musica.

v. 1. Laudate Dominum de Cælis: laudate eum in Excelsis,

K

v. 2.

faciem,
nis susti-
elabitur,

& liquet-
nt aqua.
acilitate
& gla-
& mox
cies, &
bjungit
ubente
erflabit
& gla-

um Ja-

ationi,

um in-
popu-
as do-
is crea-
popu-
r Pro-
Deus
ret po-
pulo

ψ. 2. *Laudate eum omnes Angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus.*

Primo loco invitantur Angeli. Illud, *laudate*, non est imperantis, nec propriè exhortantis, quasi Angeli desint officio suo; sed est invitantis per affectum complacentis, & optantis, E. g. Utinam omnes res creatæ Creatorem laudent! & vos Angeli, qui primi estis in ordine rerum creatarum, pergite, ut facitis, de habitaculo vestro Cælesti laudare Dominum. ψ. 2. Idem repetit; ubi per *Virtutes*, hebraicè exercitus, intellige militiam Cælestem, seu eosdem Angelos.

ψ. 3. *Laudate eum Sol, & Luna, laudate eum omnes Stellæ, & Lumen.*

ψ. 4. *Laudate eum Cæli Cælorum, & Aquæ omnes quæ super Cælum sunt, laudent Nomen Domini.*

Post Angelos invitat omnes partes Mundi Superioris, Solem, Lunam &c. quæ Deum laudant magnitudine, velocitate, efficacitate, splendore, pulchritudine admirabili, quomodo omne opus egregium, opificem laudare dicitur. Per *Cælum Cælorum* intellige Cælum superiores, quibus subjecti sunt Cæli inferiores,

in

in quibus
litant.

ψ. 5.
mandavit

ψ. 6.
cælum se
preteribi

Hæc
nomina

ipse dixi

ipse ma

ret, & n

antea ni

rui, ut

dit Ang

Soli, &

de, & i

neris, qu

ψ. 7.
eones,
Tra
Sunt cre
Dominu
pertinet
ticularia
equarur
intelligi

in quibus nubes concrefcunt, aves volitant.

v. 5. *Quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt.*

v. 6. *Statuit ea in aeternum, & in saeculum saeculi: praecipuum posuit, & non praeteribit.*

Hæc est ratio, cur omnia, hæctenus nominata Deum laudare debeant: *Quia ipse dixit, fiat lux, & facta est lux &c.* Ipse mandavit rei non existenti, ut existeret, & mox obediens cœpit existere, quæ antea nihil erat. *Statuit ea &c.*, constituit, ut semper maneant. *Praecipuum dedit Angelis*, ut semper Deum laudent; *Soli, & Lunæ, & Stellis*, ut circumeundæ, & illustrando, serviant humano generi, quod præceptum non erit irritum.

v. 7. *Laudate Dominum de terra, dracones, & omnes abyssi.*

Transit ad Mundum inferiorem, ubi sunt creaturæ corruptibiles. *Laudate Dominum omnia*, quæ estis in terrâ, vel pertinetis ad terram. Tum incipit particularia nominare, & primò meminit aquarum, & piscium: nam per *dracones intelliguntur* hoc loco magni pisces, vide

Ps. 103. v. 29.; & per abyssos aquarum profunda.

v. 8. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus.

Ab aquarum abyſſo transit ad aerem, ubi inveniuntur ignes, h. e. fulgura, fulmina, coruscationes, grando &c. Spiritus procellarum, h. e. venti vehementes, qui tempeſtates excitant, & in gentes pluvias ſecum ferunt: quæ omnia obediunt præcepto ejus, dum iis ſcil. utitur, ut instrumentis ad malos puniendos, vel bonos admonendos.

v. 9. Montes, & omnes colles, ligna fructuſera, & omnes Cedri.

v. 10. Bestiæ, & univerſa pecora, ſerpentes, & volucres pennatæ.

Ex aere redit in terram: nominat primò partes eminentiores, *Montes, Colles*, ex quibus ſubintelliguntur campi patentes, & valles: deinde nominat, *ligna fructuſera, & infructuſera*, ut *Cedri*, quæ tamen ad ædificia domorum, & navium requiruntur. Tum ſubdit orationem ad omnia animantia, non ut ipſa Deum laudent, ſed homines conſiderantes utilitatem, quæ ex eis capitur, eique debitas

gratias

gratias agat
nobis terro
pentes; vel
homini uti
humilitate
cant inob
rentum pr
ob quam i
ex parte p
v. 11.
Principes,
v. 12.
cum junio
quia exalt
Demu
des Dei, a
merat tres
potestatis
perant, &
perant, n
aliis præſ
videlicet,
bus autho
xus: Juve
ſceminæ.
rioribus.
Domini,

gratias agant. Animantia, etiam quæ nobis terrorem incutiunt, ut leones, serpentes; vel molestiam, ut culices, musicæ, homini utilia sunt: nam erudiunt nos ad humilitatem, dum in memoriam revocant inobedientiam, & superbiam parentum primorum, nobis hæreditariam, ob quam imperium in animantia magnâ ex parte perdidimus.

¶. 11. *Reges terræ, & omnes populi: Principes, & omnes Judices terræ.*

¶. 12. *Juvenes, & Virgines: Senes cum junioribus, laudent nomen Domini, quia exaltatum est nomen ejus solius.*

Demum genus humanum citat ad laudes Dei, atque ut neminem omittat, enumerat tres hominum differentias. primò potestatis: *Reges, & populi*, h. e. qui imperant, & qui parent; & quia, qui imperant, non sunt ejusdem ordinis, sed alii aliis præsunt, addit: *Principes*, supremi videlicet, & *omnes judices*, qui à Principibus authoritatem habent. Secundò sexûs: *Juvenes, & Virgines*, h. e. viri, & fœminæ. Tertiò ætatis: *Senes cum junioribus*. Omnes igitur *laudent nomen Domini*, quia non est aliud nomen verè

sublime, & altum, & omni laude dignum, nisi Dei nomen. Res enim creatæ, quamvis magnæ, si ad magnitudinem Dei comparentur, nihil sunt, & quidquid magnitudinis, excellentiæ habent, ab illo habent, qui solus altissimus jure nominatur, & est,

v. 13. *Confessio ejus super Cælum, & Terram, & exaltavit cornu populi sui.*

Ideo *exaltatum est Nomen ejus solius*, quia omnia, quæ in Cælo, & quæ in terrâ sunt, confitentur laudes ejus, ita pleni sunt Cæli, & terra gloriâ ejus: & ipse per se solus sublimis, & excelsus, exaltavit potentiam, & gloriam populi sui Israel, eligendo eum in populum peculiarem, dando legem proprio digito scriptam, singulari providentiâ regendæ.

v. 14. *Hymnus omnibus Sanctis ejus, Filiis Israel, populo appropinquanti sibi.*

Conclusio: igitur Hymnus Deo canendus præcipuè convenit omnibus Deo dicatis, & consecratis, filiis Israel nempe non tam illis carnalibus (hi enim cum durâ cervice essent, Deo non propinquabant, ut hic rectè monet S. Aug.) quàm Spiritualibus, qui populus est præter ceteros omnes Deo ipsi propinquans

verâ

verâ cog
adoratio

Titulu

Arg

nr popu

præter e

nam sibi

senti exi

v. 1

um, le

Hi

Etuntur

& ideo

qu

Attigitu

Deo pr

ticum n

tant can

canticum

ne reno

tionis, e

novâ m

tandum

laus De

gatione

verâ cognitione, & fide, & vero cultu, & adoratione, verâ filiali fiducia, & dilectione

PSALMUS CXLIX.

Titulus: *Alleluja.*

Argumentum est obligatio, quâ tenetur populus Dei laudare Dominum suum præter ceteras gentes, ob gloriam sempiternam sibi promissam, & ad quam finito præsentis exilio sine dubitatione perveniet.

Ps. 1. *Cantate Domino canticum novum, laus ejus in Ecclesia Sanctorum.*

Hi tres ultimi Psalmi inter se connectuntur, & unus continuatur cum alio; & ideo forte in officio Canonico ad laudandum, quasi unus Psalmus, concinuntur. Aitigitur: O vos sancti, qui populus estis Deo propinquans, *Cantate Domino canticum novum*, h. e. ceteræ creaturæ cantant canticum ratione creationis, quod est canticum vetus; vos autem cantate ratione renovationis, justificationis, glorificationis, quod est canticum novum, super novâ materiâ, à novis hominibus decantandum. Cantate autem, quia deset, ut laus Dei potissimum audiatur in congregatione Sanctorum.

℣. 2. Latetur Israel in eo, qui fecit eum, & filii Sion exultent in Rege suo.

Canticum novum magnam habet lætitiā, quia annuntiat beneficia perfectæ felicitatis, & quia ardentissimo amore procedit. Igitur Israel, populus Dei electus, qui cantat canticum novum, *latetur* cantando in eo, seu conditore suo, qui non solum creavit naturam, sed etiam donavit gratiam, & sic fecit, non solum ut esset, sed ut esset Israel. *Et filii &c.*, idem repetit.

℣. 3. Laudent nomen ejus in choro, in tympano, & psalterio psallant ei.

Nec solum cantent canticum cum lætitiā, & exultatione, sed adjungant instrumenta musica, h. e. non solum ore, sed & opere, non linguā tantum, sed etiam manu, h. e. vitā, & moribus cantent. Atque igitur: *Laudent eum in choro*, vocibus consonis simul concinentes, *in tympano, & psalterio*, manibus psallentes lætitiæ sonitum edant.

℣. 4. Quia beneplacitum est Domino in populo suo, & exaltabit mansuetos in salutem.

Hæc est ratio cantici novi, quia complacuit sibi Dominus in populo suo, h. e.

amavit

amavit
rate sua
plebit, q
mitem
lentiam
istud be
& prim
strorum
vocavit
vit, qu
℣. 5
tabuntur
Del
rum, o
bant car
thi in gl
rum in c
quietis,
quiesca
nec ut
℣. 6
rum, &
In il
otiosi fa
bus glaci
potesta
in die no

amavit eum ab æterno ex merâ benignitate suâ; & beneplacitum hoc reipsâ implebit, quia populum suum humilem, & mitem exaltabit usque ad summam excellentiam, quæ est æterna salus. Porro istud beneplacitum Dei est fundamentum, & prima radix omnium bonorum nostrorum: nam ideo prædestinavit, ideo vocavit, ideo justificavit, ideo glorificavit, *quia sibi complacuit in populo suo.*

¶ 5. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis.

Describit futuram gloriam electorum, ob quam toto corde cantare debebant canticum novum. *Exultabunt sancti in gloriâ illâ cælesti, & simul lætabuntur in cubilibus suis,* in loco illo summæ quietis. Erunt itaque *in cubilibus,* ut quiescant à laboribus, non ut dormiant, nec ut requiescant ab actione laudationis.

¶ 6. Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladii unciptes in manibus eorum.

In illâ supernâ felicitate adeò non sunt otiosi sancti, ut & ore cantent, & manibus gladios vibrent. Per *gladios* intellige potestatem judicariam, quâ Sancti omnes in die novissimo ferient persecutores suos.

¶ 7.

v. 7. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.

Ad hoc utentur Sancti gladiis bis acutis, ut in die iudicii vindictam sumant de hostibus suis, & eos increpent, atque eis exprobrent iniquitates suas: *Stabunt enim tunc iusti in magnâ constantiâ adversus eos, qui se angustiaverunt. Sap. 5.*

v. 8. Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.

Tunc Sancti potestate suâ judiciariâ & ferient condemnando, & per ministros suos sententiam exequendo, alligabunt Reges gentium *in compedibus* & Principes terræ *in manicis ferreis*, dum cum Christo in extremo die iudicii sententiam ferent adversus Antiochos, Herodes, Neronos, Diocletianos, & ceteros Principes infideles, ac dicent: *ligatis manibus, & pedibus projiciantur in tenebras exteriores, Matth. 22.*

v. 9. Ut faciant in eis iudicium conscriptum; gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

Hic apertè declarat Propheta, quorum dixit, *ad faciendam vindictam &c.* ut Sancti, qui in terris injustè iudicati sunt,

sunt, j
conferi
mutari
cum C
Mundi
Sanctis
ordines
cantur
diter ju
fericor
cum C
suos, v

Titu
Arg
ad laud
tis, cur
hoc me
fectum

v. 1

laudate

O

rum in
rio cae

sunt, *faciant* justum *judicium*, jam olim conscriptum, decretum, firmatum, ut mutari non possit. *Gloria hæc* sedendi cum Christo in nubibus, & judicandi Mundum, & Principes ejus, erit *omnibus Sanctis ejus*. Licet enim Beda dicat, duos ordines futuros electorum, unum judicantium cum Christo, alterum misericorditer judicandorum; tamen illi, qui misericorditer judicati fuerint, postea etiam cum Christo judicabunt persecutores suos, ut constat ex 1. Cor. 16.

PSALMUS CL.

Titulus: *Alleluja.*

Argumentum: *Invitatur* populus Dei ad laudes Domini in summo Cælo habitantis, cum omnibus musicis instrumentis, ut hoc modo demonstraret ardentissimum affectum suum.

Ps. 1. *Laudate Dominum in Sanctis ejus, laudate eum in firmamento virtutis ejus.*

O vos electi, & Sancti laudate Dominum in Sanctis ejus, hebraicè, in Sanctuario cælesti habitantem. Tum idem repetit.

petit.



petit. Cælum etiam dicitur *firmamentum virtutis* seu fortissimum palatium, & thronus altissimus Dei. Quia tamen sanctuarium Dei supremum sunt animæ justorum; imò ipsi Sancti sunt templum Dei; ideo potest etiam cum Patribus simpliciter hic *v.* exponi de Sanctis hominibus, quatenus in eis Deus habitat, ut in præcipuo sanctuario suo.

v. 2. Laudate eum in virtutibus ejus, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Docet Deum laudandum, non quia in Cælo simpliciter habitat; sed quia in eo habitat, ut omnipotens Imperator, & Dominus omnium rerum: nam per *virtutes* hoc loco non intelliguntur virtutes morales, nec exercitus Angelorum, sed robur, & potentia; & per magnitudinis multitudinem intelligitur excellens magnitudo: Sic *multitudo dulcedinis*, h. e. excellentia dulcedinis. Ergo ait, *laudate eum* ob magnas vires, & magnam robur ejus: *laudate eum*, quia eximia est magnitudo ejus, cum sit absolutè, & simpliciter magnus. De magnitudine Dei vide *fusus. Pl. 144. v. 3.*

v. 3.

*v. 3.
dat eum*

*Tri
rum ge
nium m
quæ flat
& cibari
nant. P
tum dece
tur in Pl*

*v. 4.
ro, laudat*

*Hic r
tympanum
est in
ignita
manarum
ignorum f
fiet; tam
instrumen
conjunctai
nem facta
camus.*

*v. 5. I
nantibus,
tionis: om*

¶ 3. *Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in psalterio, & cithara.*

Tria sunt instrumentorum Musico-
rum genera, vox, flatus, & pulsus: om-
nium meminit; hîc nominantur *tubæ*,
quæ flatu sonitum reddunt; *psalterium*,
& *cithara*, quæ pulsu chordarum reso-
nant. Psalterium enim esse instrumen-
tum decem chordarum, non semel legi-
tur in Psalmis.

¶ 4. *Laudate eum in tympano, & cho-
ro, laudate eum in chordis, & organo.*

Hîc numerantur omnia genera: nana
tympanum, & *chordæ* pulsantur; *chorus*
vel est instrumentum musicum nobis
incognitum, vel concentus vocum hu-
manarum: *Organum* inflatur: licet enim
ignotum sit, quid *organum* hoc loco signi-
ficet; tamen probabiliter dici potest, esse
instrumentum plurium tiliarum simul
conjunctarum, ad cujus postea imitatio-
nem facta sunt ea, quæ nos *Organa* vo-
camus.

¶ 5. *Laudate eum in cymbalis bene so-
nantibus, laudate eum in cymbalis jubila-
tionis: omnis spiritus laudet Dominum.*

Cym-

Cymbala quatiuntur, & tinnitum reddunt. Dicuntur Cymbala jubilationis, quia magnum, latumque sonitum reddunt, quales campanæ apud Christianos. Illud, *omnis Spiritus laudet Dominum*, quatuor habet explicationes: omissis ceteris, quarta est, ut per *Spiritum* intelligamus generatim omnia, quæ vivunt, sive spiritali vitâ, ut Angelos; sive animali, ut bestias; sive utrâque, ut homines; sive metaphoricâ vitâ, ut cetera omnia, quæ licet in se inanima sunt, tamen *Deo vivere* dicuntur, quia ita serviunt, & obediunt Deo, ac si viverent, & sentirent, & Creatoris mandata perciperent; unde est illud Ecclesiasticum: *Regem, cui omnia vivunt*. Atque hæc sit finis Commentarii.

O. A. M. D. G.



um red-
lacionis,
um red-
istianos.
mimum,
illis ce-
intelli-
vivunt,
ive ani-
homi-
cerera
nt, ta-
ita ser-
verent,
a perei-
ficiunt:
e hic sit



